

ritia, quod commune est litium principium: spiritui diffensionis, & tumultus, quia hæc vulgarissima ratio est lites agendi; spiritui iniustitiae, ac doli, qui vulgo in litibus transgrediens dominatur; ac tandem spiritui scandali, qui funestissimus est omnium litium fructus. Quod si quando lites agere cogimur, ac tenemur; mundus enim hodierna die est adeo iniustus, corruptusque, ut nisi exerceretur iustitia ad homines cohibendos; omnes viri boni diriperentur, & spoliarentur; hoc tunc tandem fas erit postquam adversariis omnes propositæ fuerint viæ reparationis, aliquid etiam de proprio iure cedendo. *Idem.*

Quibus malis obnoxii sunt, qui lites agunt.

Cum vulgo accidat, ut qui in jus necessario vocandi fuerunt, ad causam dicendam malis utantur artibus; credunt vulgo fas esse similiter agere. Tunc utrobique nonnisi doli, iniustitiae, injuriæ, detractiones, calumniae occurrunt; modi proculdubio odiosi, damnandi, & periculosissimi ad salutem, & nihilominus litigatoribus frequentissimi. Nam exempli gratia ex quo litibus impliciti sumus, quis non tentatur, ut velit quomodocumque victor iudicio discedere, ideoque omni uti ambaque, ac astu, ne causæ veritas innotescat; supposito hoc, quod penes se jus adsit? Quisnam in litis alicujus spatio seipsum duci non sinit suspitionibus, iudiciis, quæ æstimationem, probitatem, bonamque fidem laesunt eorum, cum quibus lites est? Quis non tentatur, ut horum excidium concupiscat? Quis non effundit detractiones, contumeliosa verba, calumnias vel contra adversarios, vel contra testes, & iudices? Tamen ad charitatem servandam, sicuti omnino necesse est parcere illis, a quibus læsi sumus secundum Dei præceptum, necesse quoque est ob eandem causam, cum de litibus agitur, non nihil de iure nostro, ac re propria remittere, cum hoc necesse est ad lites dirimendas. *Idem.*

Cum illos ante peccatorem tueri.

Licet nonnumquam Fideli in perfectionis statu ambulare cupienti, litem habere aliquam; sed cum gravissimæ urgent cause, & cum aliter sese expedire non possit; exempli gratia ad evitandas iacturas, & insignia damna, ad se familiamque suam a violenta oppressione eripiendam, ad inhibendam insignem aliquam iniustitiam, quæ molestos parere posset effectus, ac in similibus deinceps occasionibus locum præbere detrimento sui, vel suorum; sed potissimum ad eum, a quo læsissimus est cogendum, ut resipiscat, per eam suavitatem, ac modestiam, quæ ipse causam tuam pertractabit. Antequam ad rigorem perveniat, opus est omnes tentare vias, ut liti finis imponatur per vias pacis, & opera, & ministerio communium amicorum, & aroitorum; & nonnisi agere, & invitum ad extrema procedere, cum coactus ad id fuisti, & in irritum cessit, quidquid ad litem evitandam suscepisti. *Abbas Trappensis.*

Si bene occupare in re magno salutaris negotio, nunquam de litibus movendis cogitare.

Si semper, uti opus est, magno, unicoque occupare negotio, quod coram Deo nobis erit sustinendum, magis illius lites, in qua nil minus, quam de nostra agitur aternitate: ne ipsi quidem tempus tereremus, ut terminis, turbando pacem cordis nostri, infringendo consensionem, quam cum proximo servare debemus, idque levissimas ob causas & ob turpe lucrum. Vitiligator enim eam persequitur litem, ubi de temporali agitur bono; hoc diu nodeque occupatur, indefinenter anxius, & sollicitus est, ut iudices urgeat, ut Causidicos instruat, ut procuratorem suum ad promovendam causam instiget, ut sibi quaerat amicos, ne sua excidat causa. Ne ille haud tantum in discrimine hanc litem haberet, si religiosus inureretur magnum salutis suæ negotium, quod ipsi in hac vita abse-

vendum est. Magnum negotium hoc, quod omnes curas expetit, imposterum occupet cor nostrum, sit principium omnium actionum nostrarum. Ad hoc dirigamus quoscumque rerum fluxuram, fragilliumque lites habere possumus cum fratribus nostris, neque cogitemus, nisi de nobis comparanda illius iudicis gratia, qui de maximo illo, unicoque negotio est iudicaturus. *P. le Jeune Presbyter Oratorii Tomo 5. Serm.*

Numquid malum est lites agere? Utique malum est vobis, qui favore quorundam actuum fraudulentorum, qui referri sunt vocibus ambiguum sensum habentibus, exigitis ultra id, quod vobis debet homo parum callidus artium, ac formularum, quibus necluntur doli in causis forensibus. Utique vobis, qui in chirographis vestris quaeritis potius ulcisci, quam vosmet tueri; labem adversariis vestris adspargere, quam iudices vestros erudire. Utique vobis, qui Magistratus infirmiore partem scrutamini, ut apud illum conquiratis secretas commendationes, quas notis melius profuturas, quam apertas, importunaque sollicitationes. Clausa est janua muneribus, quæ illi possent offerri; sed illa introductis per ostium alicujus familiaris, ac eidem corruptelæ infamiam non afferentes, cor illius delinire aliena dextera quaeritis. Utique vobis, qui enormi tabularum congerie sexcentis casibus, quos ipsi fingitis in dies proferre conanimi iudicium, quod vobis nequaquam futurum cognoscitis, vel ad aliud Tribunal malam causam transferre, ut adversarios vestros vel perdati, vel lassatis. Utique vobis, qui litium amorem filii vestris infunditis; quibus facundissimum litium fontem relinquitis, infinitum lolii semen, hæreditarias, æternasque contentiones. *Abbas Boileau in delectis sententiis.*

Peccata quæ a litigantibus committuntur.

Ut vere Deum Patrem nostrum vocemus, quamnam urgentior esse causa potest, quam Charitas, qua omnes ultro, citroque sumus conjungendi? Patris ejusdem filii quomodonam offendere possemus nos simul omnes fratres invicem esse, si corda nostra diffensionibus, odiis, simulatibus dividerentur? Quam igitur injusti sunt sensus illi odii, ac abominations, quos aliquando suboriri sentio in corde meo adversus aliquem ex fratribus meis! Quantumvis illi calamitosi sint, ac seu fortunæ, seu naturæ bonis destituti; omnes hoc gaudent honore, quod sunt filii tui, Deus! Hic titulus satis non est, ut meam æstimationem, amoremque meum promereatur? *P. Segneri in Medit.*

Cum Deus sit pater omnium fidelium, & hi sibi invicem esse debent conjuncti.

Lis malum est, quod unum efficere potest, ut bonorum omnium iactura fiat; bonorum quidem fortunæ propter sumptus impenso, qui sunt erogandi; hilaritatis, & suavitatis vitæ hujus per amaritudines, & molestias, quæ pugiter litigantibus accidunt; honoris, & existimationis per contemptus, & injurias, quibus se subijcitur, & per indigna, quæ ab omni mortalium genere, ferenda sunt; pacis, & tranquillitatis per ea impedimenta, & curas, quæ omnem auferunt cibi, potusque gustum, somnum, valetudinis, vitæque voluptatem; tandem conscientie, atque salutis æternæ. Malum hoc videtur, sentitur, deploratur; sed non corrigitur; & litigatoris vita est tamquam præcox infernus; descendit enim, ut ita dicam, vivens adhuc in infernum. Hac fors est, ac fatum plerumque mortalium litibus implicitorum. Vident quidem se interire, & ne punctum quidem suarum rerum cederent æternam evitaturam damnationem, eo usque ut tandem mors illos a negotiis ipsorum revellat, ac precipites in infernum dejiciat. *Ex libro cui titulus: Ratio recitandi Orationem Dominicam.*

Molestia, & æritudines quæ a litibus separari non possunt.

# DIVITIÆ,

## FORTUNÆ BONA, BONUS,

### MALUSQUE USUS OPUM;

#### VITIA, ET MALA, QUORUM SUNT CAUSA &c.

## MONITUM.

**A**LIBI jam, cum de Avaritia loqueremur, de opibus, terræque bonis sermonem habuimus; difficillimum enim est hæc duo argumenta ita invicem separare, ut aliqua in re non confundantur; Avaritia enim bonis, quæ possidentur, vel optantur, addit solum noxium affectum, inordinatumque amorem, propter quem omnes nervos avari contendunt, ut illicitis etiam actionibus, ac fordida parcitate collectis opibus semper major accessio fiat. Igitur loqui de divitiis, & reo, vel prævo earum usu, quin ne verbum quidem feret de turpi hoc vitio, quod Deus, boninesque oderunt, idem profecto est, ac prætermittere quidquid in hoc argumento utilis est, ac latissimum Eloquentie aperit campum. Illud autem polliceri possum; præter quosdam Scripturæ locos, utriusque communis argumentum, quæ sola pertractandi ratione inter se differunt; me nihil hic relaturum, quod jam in titulo de Avaritia dictum sit, illuc benevolam lætorem remittens si qua re indigerit, quæ magis aperte, atque directe ad hoc vitium referatur. Hic autem illud unum monendum videtur, sub hoc Divitiarum, vel Fortune honorum titulo, ea comprehendendi periculis, quibus nos opes obijcunt, & illa admnicula, quæ ad salutem consequendam inde percipere possumus; abjungi, qui earum passim sit, & usum faciendum; cum enim hæc bona per se in neutram partem inclinent, bonum, malumque, quod gerunt, unice pendet ex ratione, qua illi utuntur, a quibus legitime possidentur.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti Systemata.

- I. **PRIMUM** concionis, quod sese offerat, argumentum, tamquam magis naturale, minusque conquisitum, est offendere, opes ut plurimum noxias esse in perquisitione, periculofas in possessione, ac in exitu funestas; quæ tres esse possunt concionis partes.
  1. Divitiæ in perquisitione sunt noxiæ; esto enim, acquiri iustis rationibus valeant ad statum, dignitatemque tendendam, operosum non est probare, festinationem, ac ardentius earum acquirendarum desiderium efficere, ut sæpe illegitimis utamur mediis, præsertim cum brevi temporis intervallo ditescimus, hoc ipsum inordinatum desiderium noxiam esse affectionem, Evangelicæ legi contrariam, quæ præcipit, ut animam a terrenarum rerum amore divellamus; per eandem cupiditatem non licere nobis inter fas, nefasque distinguere; ac tandem in horum bonorum perquisitione plurima committi scelera, fraudes, dolos, lites male intentatas, & nonnumquam gravissimas etiam iniustitias.
  2. Opes periculofæ sunt in possessione; periculum enim est, ne illis adhaerere ver; licet enim Deus minime eas a nobis possideri vetuerit, neque præceperit, ut illas possidentes easdem abdicent, dubitari non potest, quo minus earum amor sit status damnationis, & periculum istidem inhærendi, in illis spem suam constituendi, & quemadmodum loquitur Apostolus, eas sibi in idolum vertendi, ferme evitari non possit. Ad hæc cum facillimum sit istidem abuti, difficillimum est non labi in ea mala, quæ divitiis consequi solent.
  3. In exitu funestæ sunt; modo enim amittuntur, vel auferuntur nobis, quod ingentem dolorem, meroremque adfert; modo sexcentis nobis excitant tumultus, quibus tranquillitas nostra turbatur. Cum per scelus acquisitæ fuerint, gravissimis conscientie stimulis nos torquent; & cum in hac vita ab illis non relinquimur, nos illas necessario in morte relinquimus, sed quoniam dolore? *O mors, quam amara es homini pacem habenti in substantiis suis?* Eccl. 41. Denique illæ ipse nos perdunt, & in æternam infelicitatem precipites agunt.
- II. Divites plerumque divitiis suis abutuntur, istidem utentes contra Deum, a quo eas receperunt.
  1. Deus opes hominibus contulit, ut essent salutis eorum instrumentum, in Dei honorem erogatæ; illi vero eas in damnationis suæ instrumentum convertunt, istidem abutentes ut affectibus suis, ambitioni, vanitati, & cupiditati &c. satisficiant &c.
  2. Sunt Dei beneficia, ut illi, erga quos largitor extitit Deus, eum magis amare, majoresque eidem gratias habere teneantur. Sed gravissimo abusu, qui nihilominus vulgarissimus est, opes Dei oblivionem ingerunt, ac hominibus prætextus suppeditant, ut sese a potissimis Religionis officiis dispensent.
  3. Deus hæc illis contulit bona, ut eorum partem aliis erogarent, atque essent quidem veluti Providentiæ vicarii erga pauperes, quorum curam illis commisit; & oppositum profus accidit, quod ditissimus quoque intelligentissimus est, ac alienis egestatibus minime attitit.
- III. Fortunæ bona, ingentesque divitiæ a Sanctis Patribus, immo etiam a Philosophis Ethnicis temper habita fuere potius tamquam obiacula, quam virtutis admnicula; eo usque ut illa impedimenta vocaverint. Qua in re tria hæc possunt animadverti, totidem futura concionis puncta.
  1. Bona, atque divitiæ impedimenta sunt, ne serviamus Deo, quemadmodum inquit Evangelium: Matth. 6. *Nemo potest duobus Dominis servire: non potest Deo servire, & mammonæ.*
  2. Impediunt libertatem spiritus, qui curis acquirendi, ac parva tuendi occupatus, vix tempus habet de Deo cogitandi; *Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*
  3. Impediunt, atque perturbant nostram quietem, & pacem, meroribus, sollicitudinibus, litibus, contentionibus, quæ nullo fere pacto sunt vitandæ.
- IV. Opes duplici in statu considerari possunt. 1. Antequam possideantur, & cum ad eas comparandas adlaboratur. 2. Cum possidentur, quocumque modo, tituloque possideantur. 1. In primo statu, sunt, in-

DL

quit Apollolus 1. ad Timoth. 9. tentationum causa: Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem. Desideriorum multitudo, occasiones alienis sumptibus locupletandi variæ, quæ ad id excogitantur, rationes fugi obijciunt tentationi. 2. Cum possidentur, sunt tanquam retia, & laquei nos detinentes, & captivantes: Incidunt in laqueum; 1. ad Timoth. 6.

V. Vita, ac mala, in quæ nos impellunt divitiæ, satis pateat ex Divitis Evangelici exemplo: non enim sufficit, eas jure parvas fuisse, nisi illis comes adhi recta mentis, animique dispositio, quæ in divite illo desiderabat. 1. Superbus erat, idem indumentorum suorum magnificentia ostendebat: Induebatur purpura, & bysso; unde liquet superbiam primam esse malum, quod asserant opes: Verbis divitiarum superbia. 2. Libidinofus erat, ac voluptatibus deditus: & epulabatur quotidie splendide. Quanam autem in re divites ut plurimum suas collocant opes? 3. Avarus, & crudelis erat, neque afflicto egestate, qua pauper Lazarus laborabat. Nonne hoc divitum ingenium est, ut pauperum miseris nequaquam tangantur, quamvis eas præsentem opem recitare teneantur?

VI. Utiles haberi concio potest de falsa idea, quam vulgo homines animo imbibunt de divitiis, ac temporalibus bonis. 1. Habentur tanquam generis, & conditionis suæ necessaria substantia; & sunt plerumque fructus scelerum eorum, qui adepti sunt illas, easque nobis relinquunt. 2. Considerantur tanquam valida ad benemerendum adminicula; & ut plurimum sunt malorum omnium instrumenta quemadmodum eorum esse radicem testatur Apollolus: Radix malorum omnium cupiditas. 1. ad Timoth. 6. 3. Respicuntur tanquam Cœlestis donum; & fere semper sunt pœna peccati, vel quarundam moralium virtutum præmium, quod reprobis in hac vita Deus elargitur.

Hi tres sunt errores, qui in hominibus vigent, & qui eisdem sunt auferendi. Ex manuscripto sermone.

VII. Hoc idem argumentum ad duo præcipua capita redigi potest justam concionem constituentia. 1. Divitiæ sæpe sunt fructus peccati, cum illi, qui earum nos hæredes scribere, non semper sine crimine illas congesserint.

2. Sunt instrumentum peccati in earum usu, quippe per illas gravissima crimina perpetrantur. Divites periculosius tentantur quam pauperes juxta illud Apollolus: Qui volunt divites fieri incidunt in tentationem. 1. ad Timoth. 6. ideoque in majori salutis periculo versantur.

1. Tentationes pauperum ea tantum sunt, quæ ad vitam sunt necessaria. Hæc autem angustis sanis finibus continentur; & facile licitis rationibus acquiruntur, quin memorem certissimam Dei promissionem, qui eorumdem egestatibus se provisurum spondit. Ad divites tentat superfluarum rerum desiderium, quod cum nullis cancellis coerceretur, tentationes & numero caret, & perennes sunt.

2. Quemadmodum a Deo neque expectanda, neque petenda sunt superflua, cum hæc ardenti desiderio cupiuntur, quod facere solent divites, non nisi humanis rationibus obtineri possunt, & illicitis artibus conquiruntur.

3. Cum divites minime sperent se a Deo obtenturos votorum suorum objectum, illius facile obliviscuntur eique fideles esse minime curant. P. de la Colombiere in Christianis Considerationibus.

IX. Ut discamus quomodo utendum iis bonis sit, quæ nobis Providentia largitur, recipienda sunt, 1. cum timoris sensu, quod spectat ad nos; si enim hæc bona non sunt aperiissimi salutis nostræ obices, sunt tamen ingentes ad nostrum interitum dispositiones. 2. cum sensu gratitudinis erga Deum; eidem enim gratias & habere, & agere, opesque in illius gloriam convertere oportet. 3. cum sensu fidelitatis, atque justitiæ erga proximum; eas enim divitias nobis contulit Deus, ut fratribus indigentibus optularemur. Joly, Propositione pro 4. Quadragesimæ Dominica.

X. Bonus usus temporalium bonorum, quibus a Deo sumimus cumulat.

1. Hæc bona, & opes esse possunt objectum generosi contemptus fideli viro ad æterna bona aspiranti; & hoc nos ipsi testamur, cum divitias possidemus, quin illis cor nostrum adhzreat.

2. Sunt bonorum operum nostrorum instrumenta,

si in elemofynas, aliaque id genus pietatis opera erogantur.

3. Sunt sacrificiorum nostrorum materia, si unusquisque pro statu nostro illis abrenuntiamus. Ut bonis hujus mundi utamur, quomodo veros Christi Fideles decet, tres requiruntur conditiones.

1. Illis uti debemus, quantum status nostri decet, & necessitas exigit.

2. Ab illis cor debet esse divulsam, tunc etiam cum illas honestis, legitimisque rationibus, & congerere, & congeitas tueri studemus.

3. Opus est, ut usus earum christianis purificetur intentionibus, quæ sint nostræ Religionis conformes. Essais de sermons; Tomo 2. pro octava post Pentecosten Dominica.

Divitiæ in Scripturis injustæ, & Mammonæ iniquitatis vocantur; licet ipse per se malæ non sint, & salutis nostræ non adveniant. Tres asseruntur causæ a S. Augustino, quæ pro Concionis partitione desumi possunt.

1. Quia sæpe cum iniquitate acquiruntur, per fas, & neas, cum dolo, aliterque illegitimis rationibus.

2. Cum iniquitate possidentur, hoc est cum peccato, quia illis inhzret animus, ac in illis omnis conscientia collocatur.

3. Cum iniquitate consumuntur; erogant enim in scelera, sumptuose insanos, ac passionibus humanis satis fit.

Ostendi potest, quomodo opes sunt pro salute nostra periculose. 1. Periculose cupientibus illas; quamobrem dixit Apollolus: Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli.

2. Periculose possidentibus, propter noxiam affectionem, quam non habere difficillimum est, licet hic status sit damnationis. 3. Periculose utentibus, non enim illis secundum Domini consilia, & mentem utuntur. P. Massillon, Sermone de usu divitiarum.

Ut bene sancteque terrenis bonis utamur; 1. illa disponere debet Religio ad gloriam Dei; 2. Charitas ad proximi utilitatem. 3. prudentia ad commodum nostrum.

Opes tria in hominibus pariunt mala, quod efficit, ut divitum salus sit difficillima, & moraliter impossibilis iuxta Veritatis ejusdem Oraculum.

1. Cum Homines in acquisitione sua injustos efficiunt.

2. Eos inexpleribiles faciunt: videmus enim, ipsos eo plura cupere, quo possident plura, & nihil unquam huic satis esse cupiditati.

3. Eos crudeles, & immisericordes efficiunt, quos alienæ sordes non tangunt.

Divites considerari possunt primo in opum suarum possessione, deinde vero in usu earum, quem plurimi facere consueverunt. Primo ostendi potest quomodo noxia fiant per ea mala, quæ earum amor parit; deinde quomodo pravus earum usus illas efficit scelus omnium instrumentum. Ita divitiæ nos ipsos possident, cum male possidentur a nobis; ac nos perdunt, cum illas profundimus, vel illis in ea, quæ sunt criminosa, peperam utimur. Ex Auctore sermonum in omnia Ethice Christianæ argumenta sermons 17. de Adventu.

Divitiæ ut plurimum, vel nimium ferunt negotiorum, vel commodorum nimium; vel nimium spinarum, ut Evangelicis utar verbis; vel nimium rosarum; vel nimias curas, & sollicitudines, vel nimias voluptates, quorum utrumque saluti nostræ adversatur. 1. Curæ, & sollicitudines, quas nobis constant divitiæ, in Scripturis spinæ vocantur, quæ nos morantur, pungunt, impediunt; sexcentis nos impediunt negotiis, per quæ nobis non licet unico salutis negotio vacare; hæc spinæ omnia gratiæ semina suffocant &c. 1. Voluptates, solatia, delicta, quas opibus nobis comparamus: Divitiæ voluptatum satellites, ut inquit S. Augustinus. Hæc voluptates nos sua mollietate corrumpunt, ac in omnes flagitiorum genus detrahunt; & duplici hæc via opes causa sunt æternæ infelicitatis se inquirentium, ac possidentium.

Pro Concionis argumento desumi possunt illa duo, quæ Sapiens doctus experientia, in omnibus mundi hujus bonis deprehendit, vanitatem videlicet, & afflictionem spiritus: Ex seipis veterascunt, sicut dominorum suorum consumuntur, aut ab extraneo dolo, violentia, vel calamita diripiuntur. 2. Quod spectat ad animi dolorem, meroremque quem pariunt opes, alio uti possimus loco Innocentii Papæ tribus verbis illum exprimentis: labor est

XL.

XII.

XIII.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

est in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo.

In duplici etiam Concionis parte potest ostendi. 1. Divitiæ esse cupisibiles generis bonorum operum instrumenta in manibus eorum, qui illis prudenter uti norunt, 2. Eadem esse omnium malorum operum instrumenta in manu illorum, qui conscientia, & honestate desituti sunt.

Bonis temporalibus uti debemus secundum diversas rationes, propter quas illa possidemus. 1. Cum illa vel ab ipsa nativitate, vel a fortuna sortiti sumus, illis uti debemus ad conditionem nostram satisfaciendam. 2. Cum ea virtus nobis elargita est, illa ad virtutem ipsam firmandam, roborandamque sunt impendenda; 3. Cum scelere ea comparavimus, ad scelus in nobis, & aliis eluendum sunt estuenda.

Ne opes, ac temporalia bona interitus, & damnationis nostræ causa sint, 1. acquirenda sunt sine injustitia, 2. servanda sine anxietate, 3. possidenda sine afflictione.

Reprobati divitis caracter describi potest secundum Evangelicis divitis exemplum. 1. Thesauros tantum congerere studet, ut habeat, unde affectibus suis possit facere satis. 2. Bona sua obligatur, & dissipat in luxu, alea, solatiis, ac vanitatibus mundi. 3. Denique eo in miseris sævior est, quo magis suæ crescunt divitiæ.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde copia hauriri potest ad proposita Concionum admirabrationes exornandas.

S. Augustinus, serm. 6. de orat. Dominici. tract. de periculo divitiarum, deque illis utendi rationibus.

S. Hieronymus in Commentariis in Prophetam Nahum c. 3. loquitur de temporalium bonorum contemptu.

Idem l. 7. in Isaiam arrepta occasione immensarum opum, quæ in urbe Tyro tunc aderant, inane representant eorum occupationem, qui opibus tantummodo congerendis insulant.

Idem in Epistola 11. ad Ageruchiam scripta, salutis curam divitiarum conferendarum sollicitudini præsendam ostendit.

Idem in Epistola 34. ad Julianum docet, quam difficile sit divitias contemnere, & ad quam perfectionem contemptus earum nos evehat.

S. Augustinus in Pf. 122. rationes adfert, propter quas hujus terræ bona, atque terrenæ opes vera bona non sunt.

Idem l. 50. Homiliarum Hom. 30. prolixum habet sermonem, ut ostendat quenam sint divitiæ, quæ justè possidentur, & quæ injustè; & qua de causa Deus illas largiatur, ac sub finem ostendit eas per se malas non esse.

Idem serm. 35. & 59. de Verbis Domini docet quenam sint veræ divitiæ.

Idem l. 1. de Civ. c. 10. refert exemplum, & verba S. Paulini Episcopi Nolani, ut ostendat, quenam sint Christiani hominis divitiæ.

Idem Epist. 89. ad Hilariam ostendit, quomodo terrenis bonis utendum Fidelibus.

Idem serm. 5. de verbis Domini, ostendit quid intersit discriminis inter divitem, & divitiis amantem.

Idem serm. 10. de Sanctis docet, quenam in sensu divitiæ sint bona, & quomodo tales effici possint.

Idem l. 50. Homiliarum Hom. 13. loquitur de divitum superbia, & quenam in re opes suas debeant impendere.

Idem l. de Catechizandis rudibus c. 16. vanitatem, & inconstantiam divitiarum, & quam parum illis sit fidendum, ostendit.

Idem l. de 12. Abusum gradibus incerti Auctoris c. 4. docet quinam opibus abutantur.

S. Gregorius Homil. 4. in Evang. ait divitiis improbis sæpe permitti in aliquorum bonorum operum præmium.

Idem l. 18. Moral. in ea Job verba: Dives cum dormierit, mihi secum auferet, ostendit quomodo in morte divites errore intelligent inanium consiliorum suorum, eorumque ponit inutitiam curarum, quibus opes congesse.

Idem l. 20. c. 16. Moral. fufius verba facit de divitiarum sollicitudinibus.

Origines Hom. 8. in S. Matth. loquitur de contentendis divitiis.

S. Basilus Hom. 13. in Pf. 48. in ea verba: Ne timueris, cum dives factus fueris homo &c. ostendit, in morte divitiarum inutilitatem cognosci.

Idem Hom. in Pf. 62. in hæc verba: Divitiæ hæc astuant, nolite cor apponere; ostendit terrena bona fluxa esse, atque fragilia; quam eandem veritatem ostendit Hom. 23. ex variis; cui titulus: non adhzrendum esse rebus secularibus.

Idem Hom. 24. ex variis docet, quam contemptibiles sint divitiæ cum virtute collatz.

S. Chryostomus in Hom. de avaritia de opum, terrenorumque bonorum inutilitate verba facit.

Idem in Hom. Quod nemo leditur, nisi a seipso, ostendit quam dura, & crudelis sit servitus divitiarum.

Idem Hom. 58. in S. Matth. hæc explicans verba: Nemo potest duobus Dominis servire, hoc ipsum ostendit.

Idem Hom. 7. in 2. ad Corinth. recenset curas, ac sollicitudines, quas gignunt.

Idem Hom. 17. in 1. ad Timoth. Epist. c. 6. uberius ea prosequitur mala, quæ amor, & cupiditas divitiarum pariunt.

Idem l. 2. de Compunctione cordis, ostendit; quomodo terræ bona prohibeant, ne cogitemus coelestia.

Idem Hom. 35. & 36. in Genes. de Abraham verba faciens ostendit, quomodo sanctus hic Patriarcha docuerit, divitiis esse contentendas.

Idem Hom. 14. in Epist. ad Rom. nobis aperit artificium dæmonis, quo efficit, ut inutiles ac nullius pretii res adepturi, amittamus pretiosissima.

Idem Hom. 38. in 1. ad Cor. ostendit opum cupiditatem esse inexplebilem, & Hom. 12. ea, quæ a nobis terrena bona vocantur, bona non esse.

Idem Exhort. 3. in c. 2. S. Matth. docet ob genus, & opes superbiendum non esse.

Idem Exhort. 3. in c. 3. S. Matth. ostendit Fidelis eorum terræ bona tanquam se indigna, esse contentenda.

Idem Exhort. 4. in c. 6. ostendit nos terrena quidem curiosius consecantes, æterna vero nullo in discrimine habentes Deo contumeliam inferre. Exhort. 4. in c. 10. divitiis superbiæ, & crudelitatis nomine insinuat. Exhort. 2. in c. 14. ait, terra bona nequaquam mereri, ut cor nostrum illis adhzreat. Exhort. 3. in c. 18. recenset mala, quibus divites patent. Exhort. 2. in c. 19. omnia terræ bona nos infelices tantum efficere posse docet, sunt enim in causa, ut amittamus coelestia. Exhort. 3. in cap. 24. divites seipos considerare debere inquit, tanquam opum suarum dispensatores, non dominos; & exhortatione postrema qua univerfum opus in S. Matthæum concludit, loquitur de divitum martyrio, & divitiarum vanitate.

Salvianus l. 1. ad Eccl. Cath. in pravum divitiarum usum invehitur.

S. Bernardus serm. 1. de adventu ostendit, opibus hominum perofque in interitum trahi.

Idem serm. 80. in Cantic. docet, eos, qui terrenis congerendis opibus student, nescire, quibus congreget illas.

Idem in hæc verba: Ecce nos reliquimus omnia &c. rationes adfert, propter quas opes fugiendæ sunt, & contemendæ.

Granatenfis pluribus in locis, quos nimis longum esset recensere, cum nullam de hac re peculiarem tractatum ediderit.

Auctor Christianæ Moralitatis in Pater l. 6. sect. 1. art. 3. 4. &c.

Cambolas in Vitæ Christianæ prototypo tr. 1. c. 3. & paragraphis sequentibus.

P. Causinus in Aula Sancta l. 1. & aliis in locis ejusdem libri.

P. Ludovicus Thomassinus ingentem, eruditumque tractatum edidit de bono temporalium bonorum usu, sed unice loquitur de Elemofyna.

P. Croiset 2. Tom. Confid. Corif. prolixum habet caput de divitiis.

Idem in eodem volumine loquitur de opum acquirendarum cupiditate.

Marchantius in Tuba Sacerdotali tr. 2. lect. 1. P. de la Colombiere in Christianis considerationibus.

Faber conc. 5. 6. 7. in Dom. 14. post Pentec. Auctor Moralium Homiliarum in omnes anni Dominicas Hom. in 8. Dom. post Pentec.

Reina Conc. 6. n. 6. & Conc. 17. n. 22.

Joly Propofitione pro 4. Dom. Quadr. loquitur de bono divitiarum usu.

Biroat Serm. 13. Advent. Abbas de Breteville in libro, cui titulus, Effais de Sermons ferm. 1. in Evangelium divitis reprobat.

P. Texier sermone pro feria tertia post 2. Quadr. Domin. offendit divitem malum esse idololatram, ac nullam religionem habere.

Quicumque de Eleemofyna habuerit sermones de divitiis etiam, divitiisque loquatur.

Auctor sermonum in omnia Ethicæ Christianæ argumenta hujus argumenti sermonem habet.

Ludovicus de Granata. Verbo Divitiæ. Berchorius, Summa Prædicatorum. Peraldus, Labatha, Raynerius de Pisis &c.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

NE timueris cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus. Pl. 48.

Relinquent alienis divitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in eternum. Ibid.

Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnium viri divitiarum in manibus suis. Pl. 75.

Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo; non dabis Deo placationem suam. Pl. 48.

Divitiæ si affluant, nolite cor apponere. Pl. 61. Divites eguerunt & esurierunt; inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Pl. 33.

Ece homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prevaluit in vanitate sua. Pl. 51.

Qui confidit in divitiis suis, corruet. Prov. 11. Non proderunt divitiæ in die ultionis. Ibidem.

Benedictio Domini divites facit. Ibid. c. 10. Corona sapientium, divitiæ eorum. Ibid. c. 14.

Etsi quasi dives, cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in malis divitiis sit. Ibid. c. 13. Redemptio anime viri, divitiæ suæ. Ibidem.

Noli laborare ut divites; sed prudentia tuæ pone modum. Ibidem c. 23.

Mendacitatem, & divitiis ne dederis mihi; tribue tantum vultui meo necessaria: ne satiatus illicietur ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus fuerit, & perjurum nomen Dei mei. Ibid. c. 30.

Ne crederis oculis tuis ad opes, quas non potes habere. Ibid. c. 23.

Divites cum dormierint, nihil secum auferret; aperiet oculos suos, & nihil inveniet: apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimit eum tempestas. Job 27.

Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni & instabiles. Prov. c. 15.

Utilior est sapientia cum divitiis: sicut enim protēgi sapientia, sic protēgitur pecunia. Eccle. 7.

Pecunia obediunt omnia. Ibid. c. 10.

Si dives fueris, non eris immunis a delictis. Eccle. 11.

Multos perdidit aurum & argentum. Ibidem c. 8.

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Ibid. c. 13.

Domus que nimis locuples est, annullabitur superbia. Eccle. 21.

Beatus dives, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia, & thesauris. Ibid. 31.

Ve qui conjugistis domum ad domum, & agrum agro copulastis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terræ? Mat. 5.

Telas aranea texerunt: tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis; opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Ibid. c. 59.

Divitiis tuas & thesauros tuos in direptionem dabo. Jer. 15.

Divitiæ conservate in malum domini sui. Eccle. 5.

Ubi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Eccle. 5.

Dives effectus sum, inveni idolum mihi. Osee 12.

Argentum eorum, & aurum eorum non poterit levare eos in die ira Domini. Sophon. 1.

Ubi sunt qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines? ... Ad inferos descendant, & alii loco eorum surrexerunt. Baruch 3.

Ve ei, qui multiplicat non sua: utique & aggravat contra se deum suum? Habacuc 2.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Matth. 6.

Non potestis servire Deo & mammonæ. Ibid.

Amen dico vobis, quia divites difficile intrabit in regnum colorum, Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum colorum. Ibid. c. 19.

Sollicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficiunt. Ibidem c. 13.

Ve vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram: vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Luc. 6.

Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, que mergunt homines in interitum & perditionem. 1. ad Timoth. 6.

Divitiis hujus sæculi præcipue non sublimare sapere, neque sperare in incerto divitiarum. Ibidem.

Nihil inulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferet quid possumus. Ibidem.

Agite nunc divites, plorate ululantes in miseris vestris, que adveniet vobis; divitiæ vestrae putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt; aurum, & argentum vestrum eruginavit, & erugo eorum in testimonium vobis erit. Jacobi c. 5.

Exempla ex veteri, novoque Testamento decepta.

Job dives erat, S. Chrysostomus inquit; illi aurum, non ille auro serviebat; cuius dominus erat, non idololatra; sed omnia que possidebat, tanquam aliena putabat, quorum dispensator erat; non dominus. Adeo longe abhorrebat ab alienis bonis eripendis, ut sua pauperibus erogaret, ut ipse de se testatur relinquit; & ut aliquid amplius dicamus, ingentibus opibus suis non fruebatur, S. Augustinus Epist. 149. ad Honor. inquit, neque eas amore prosequeretur; ideoque non dotuit, ubi earum iacturam habuit.

Abraham quoque plurimas possidebat divitias, at non amabat illas, quandoquidem eas infumebat pauperibus opem ferendo, ac Viatores hospitio recipiendo. Idem cum a Deo iustus fuit solum vertere, ac domum Patris sui relinquere in alienam regionem profecturus, ubi nulla spes aderat futurum ut illa inveniret bona, que relinquebat, haud egre dicto paruit, ac celeri obedientia ostendit, quantum a terrenis quibuscumque rebus expeditus esset, quibus per summum scelus homines adhærent conseruerunt.

Jure S. Jacobus Apostolus affirmat divitias perennem esse litium, atque juriorum fontem: cuius rei nobis præclarum suppedit in Scripturis exemplum, Pastores Abraham, & Lot utroque semper altercabatur propter gregum pascua; tanta enim utroque horum Patriarcharum erant pecora, ut ea regio, ubi incolabant, utrique satis esse non posset. Quotidie recentia subinde oriebantur ceramina propter fines prædiorum, ne alterius pastores in alterius pascua agerent greges. Dissensio quam primum a famulis migraisset ad Dominos, nisi Abraham prudenti consilio malum occupasset, suadens Lot operæ pretium esse, ut ab invicem secederent, eique optionem relinquerent, utram terrarum plagam mallet eligere. Hoc sane probat, diffidillimum esse, ingentes possidere divitias, sine contentionibus, ac inde cognoscit, utrum aliquis suis inhaereat bonis, si pro bono pacis, atque concordie illa abdicare paratus est.

Ezechie Regis exemplum ostendit, non posse Deum pati, ut qui opibus ab ipso cumulati sunt, ob illas gloriantur, atque intumescant. Rex iste plus erat, religiosus legis observator, ac zelo plenus pro veri Dei cultu, ideoque benedictionibus, terrenisque bonis a Deo fuit cumulatus: hac enim ratione eorum temporum virtutem, atque pietatem remunerari conseruerat. Sacer Textus diligenti descriptione persequitur omnes Regis hujus divitias, auri, argenteique talenta, pretiosos lapides, aureorum vasorum, quibus ædes regis ornata erant, mul-

Exemplum Job opes suas conseruetis.

Exemplum Abraham.

Exemplum dissensionum, quas pariunt opes.

Ezechie Regis exemplum.

multitudinem, refertissima cellaria, armamentaria, infinita pecora, & quidquid illum inter ipsos quoque Reges potentem, insignemque efficere poterat. Verum enim vero Princeps hic religiosus, quantumvis peritura hac bona non deperiret, inani superbia esset passus esse, propter tot opum possessionem. Voluit ideo Assyriorum Regis Legatis suos ostentare thesauros, quos omnes singillatim illis non sine secreto sensu lætitiæ, & voluptatis aperuit. At inanem hanc ostentationem impunem abire non passus est Deus; illa enim ita Babyloici Regis, qui Legati, que viderant, magnificis verbis nuntiaverant, cupiditate accendit, ut non multo post bellum Ezechia intulerit, Jerosolyman oppugnaverit, expugnaveritque, ac inde omnes thesauros abstulerit, quemadmodum Isaias Propheta Regi fuerat vaticinatus.

Deus, quemadmodum Sancti Chrysostomus, & Augustinus animadvertunt, magnum exemplorum numerum in Scripturis relinquire voluit eorum, qui & opibus simul, & sanctitate floruerunt, quales fuere Patriarchæ Abraham, Isaac, & Jacob, David etiam, alique quosplures, ut edoceret sanctitatem simul esse posse cum opibus, que postquam esse maximarum virtutum instrumentum, & via ad æterna bona in celis acquirenda.

Non aliud contemptum divitiarum exemplum nobis inquirendum est, quam quod ipse Dei Filius reliquit, cuius natiuitas, mors, ac totum vite spatium non aliud fuit quam perennis omnium terræ bonorum egestas. Propter vos egenus factus est, cum esset dives, inquit Apostolus, 2. ad Cor. 8. Licet distitissimus esset, non solum quatenus Deus, verum etiam quatenus homo, quippe qui supremum obtinebat in universa creatura imperium, factus tamen est pauper propter amorem nostrum, non aliud docuit, nisi ut terrena abdicaremus; in hoc altissimum christianæ perfectionis apicem constituit, non alios sectatores habuit, & Apostolus, nisi qui Evangelicam pauperitatem professantur, licet quidam ex illis satis opibus adhererent, denique imperavit, ut primus in Christianam Religionem inrenuntiavit omni divitiarum affectu, omnibusque pompis, & voluptatibus, que inde consequuntur.

Evangelici divites exitus, qui ex omnibus Concionatorum suggestibus ubique resonat, satis perspicue est, quam ut necesse fit vobis ob oculos funderi hoc exemplum statueri, ut intelligatis quocumque malorum causa esse consueverint. Ad inveniendum similis calamitatis metum satis esset paulo serius ea considerare verba, que Sanctus Patriarcha Abraham diviti æternis ignibus inspalto Luc. 16. Quasi diceret, bona, quibus in hac vita ille gavissus fuerat, omnem fuisse hæreditatis ipsius partem; ipsum in vite hujus voluptatibus felicitatem suam constituisse, ideoque non aliam illi sperandam sperare. Ex hoc autem terribili divinx iustitiæ exemplo edoceri debemus, plerisque hujus mundi divitibus nequaquam latiore exitum sperandum esse, nisi bona sua in meliorem usum prae calamitose divite illo converterint.

Quamvis non levi negotio divites salutem suam valeant operari, & quamvis opes magnum sint ad eam assequendam impedimentum; Zachari tamen exemplo intelligimus, hoc non solum fieri posse; verum etiam posse fieri, ut opes ipsæ in salutis nostræ causam impendantur; cum dives hic bona sua in præclarum usum insumpserit, dimidium quidem eorum pauperibus erogans, iis vero, quos fortasse fraudaverat, quadruplum reddens, & reliquum in bona opera impendens. Sanctus hic bonorum usus magnam illi promeruit sanctitatem, eumque divitiis omnibus propoluit exemplum, unde percipiant quid de opibus sciendum sit, si Regni cælestis particeps esse, æternaque sibi divitias comparare voluerint.

Exemplum divitis Evangelici.

Exemplum dissensionum, quas pariunt opes.

Exemplum dissensionum, quas pariunt opes.

Applicationes quorundam Scripturæ locorum huic argumento.

Nimis multi hodierna die Fideles id faciunt, quod olim Tribus Ruben, Gad, & dimidia Manasses, que illecebræ pulchritudine, ac ubertate agrorum, qui cis Jordanem patebant, eas a Moyse sibi in hæreditatem poposcerunt, ideoque renuntiarunt promissæ Terræ, que trans Jordanem erat posita. Ita vite hujus felicitas cælesti Patriæ antefertur propter possessionem bonorum hujus mundi, quibus

fruitur; terrenis curis omnino desinemur, & divites ut plurimum in illis suam felicitatem constituunt, quin alia inquirent bona, iis, quibus fruntur, contenti. P. de la Colombe in Christianis Considerationibus.

Deponentes omne pondus, & circumflans nos peccatum. Ad Hebr. 12. Hoc pondus, quod a nobis abijci jubet Apostolus, ex S. Angustini sententia, pondus est divitiarum; & peccatum circumflans multitudo est divitiarum, quibus obnoxii sunt, qui opes inquirent, & amant. Hic amor sane pondus est, quod nos ad humilia detrahit: Terra nempe effodimus, ut omnium irritamenta malorum invenimus, Sapiens quidam ajebat; Hic amor pondus est, quo in imum usque mare descendimus, ibi margaritas, atque pretiosos inventuri thesauros, qui tot mala gignunt. Auctor sermonum Christianorum.

Nonne divitum plerique comparari possunt simulario, quod in fornix Nabuchodonosor vidit scitiles habenti pedes, ferrea crura, femora ac ventrem zneum, pectus, & brachia argentea, & caput aureum? Cum negotiosus hic homo de natali solo egressus est, quinam erat? Heu! non ita facile divinando assequi possum; nemo enim illum noverrat; repebat in pulvere; homo quidam erat scitiles tantum pedes habens; cujus bonorum summa erat nosse litterulas, easque legere, ac scribere, cum ingenio callido, cupido, ac dissimulato. Super hoc scitiles pedes sibi ferrea crura, vel potius cor zneum consistavit, ut per fas, & nefas nulla pauperum miseratione ductus undequaque divitias congereret. Incepit deinde nitescere propter congestas opes, ac paulatim majores adhuc collegit, ut pectus, & brachia argentea sibi efformaret; donec fortuna populorum positus aurum sibi possit caput, ingenti bonorum, que affectus hunc, affluentia &c.

Hæc omnia sibi dabo, si cadens adoraveris me. Quod S. Paulus ait, Dei Filium per omnia fuisse tentatum, non est ad litteræ apicem intelligendum; non enim desunt peccata, in quibus tentatus non fuit. Utrum innuere vult Apostolus, quemadmodum S. Joannes Chrysostomus inquit, demone hac in tentatione divitiarum collegisse quidquid in aliis quibuscumque tentationibus, roboris est, atque periculi? Biroat in Adventu, sermone de cinotertio.

Pecunia obediunt omnia. Eccles. 10. Alia verbo. Pecunia respondent omnia. Omnium affectuum nostrorum objecta nobis respondent, dummodo pecunia non desit. Si amor voluptatis quærit, si ambitio petit honores; dummodo adit pecunia, objecta omnia, que inquirent, vobis eorum respondent. Ideo mirum esse non debet si corda nostra tanto studio, atque ardore in ea bona ferantur, quia affectus omnes ad eorum acquisitionem, atque conservationem conspirantes, sese cum eo desiderio conjungunt; quod vulgo cupiditas appellatur, atque communem simul efformant affectum, qui in se uno vim omnem aliorum continet. Idem.

Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spine suffocaverunt illud. Luc. 8. Divitiæ in Evangelio spinis comparantur verbum Dei suffocantibus. Spinæ tria efficiunt mala, pungunt, disceptant, detinent; ut inquit Sanctus Hieronymus illa Michææ Prophete explicans verba: Quasi palustris pungens, & retinens. Hoc faciunt opes, earumque cupiditas. Divitum mentes sexcentis curis, & anxietatibus pungunt; disceptant corda eorum infinitis desiderijs, que semper noxia sunt, & sæpe inutilia, ut inquit Apostolus; detinent, retinentque cogitationes, & affectus eorum, qui ultra illis adhærent. Idem.

Non potestis servire Deo, & Mammonæ. Matth. 6. Cum Salvator pecuniam dominam vocat, ne patres illam reipsa dominam esse; sed fit voluntaria eorum servitute, qui eidem sese subjiciunt; cumque Mammonam opponit Deo, ne credas ideo, hominem alius servire dominis non posse, nam fit servus affectuum omnium, qui dominantur illi; sed hoc dicit, quia divitiarum Deo majorem in nos obtinet potestatem, ac imperiosius nobis dominatur. Abbas de Monmorel. Homil. in 14. post Pentecost. Dominicum.

Bona relinquere, vel pro Deo amittere maximum est nostræ virtutis, nostræque fidelitatis periculum; & hoc Jobi virtutem a Deo tentari diabolus petit: Numquid Job frustra timet Deum? Putasne, Job ibi propter amorem tui, non alia causa famulari? Nonne ipsum, familiarique ipsum protectione tua munisti? Nonne benedixisti omnibus.

Opes eorum in Evangelio sic ipsam dicitur.

vis manuum eius operibus, ita ut potens factus sit super terram? Sed auget protectionem tuam; illum bonis exue, & videbis, & videlicet, utrum te amplius amaverit. Dæmon quidem erravit, sed hoc palam ostendit quomodo cognosci queat, utrum sincera sit virtus nostra.

PARAGRAPHUS IV.

Loco, & Sententiæ Sanctorum Patrum in hoc argumento.

Bona vis habere, & tu bonus esse non vis; cruci-bescere debere de bonis tuis, si domus plena bonis te malum habet dominum. August. Serm. 12. de verbis Domini.

Veræ illæ sunt divitiæ, quas cum habuerimus, perdere non possumus. Idem, super Matth.

Pauper est qui vult esse dives. Idem.

Tolle superbiam, divitiæ non nocent. Idem, serm. 24. de tempore.

Divites & pauperes in corde interrogat Deus, non in arca aut in domo. Idem, in Pl. 68.

Hoc ab homine colitur, quod præ cæteris diligitur. Idem, super Epistolam ad Philippum.

Qui divitiis falsas desiderat, veras non querit. Idem, in Pl. 122.

Illa divitiæ bona sunt, & non sunt. Non enim sunt; labuntur, fluunt. Idem, in Pl. 127.

Veræ divitiæ sunt, quando nobis nihil deest. Idem, in Pl. 68.

Veritas divitiarum superbia est, difficile est ut non sit superbus qui dives est. Lib. 90. Homil. Homil. 13.

In magna egestate sunt, qui de iniquitate sunt divites. Lib. de verâ innoc. c. 83.

Vides divitem orientem, cogita morientem: quid hic habeat attendis, quid secum tollat attende: multum auri habet, multum prædiorum, mancipiorum; moritur, remanent illa nescio quibus, etsi enim divitiis quibus vult, non servat quibus vult. Idem, in Pl. 48.

Quis beatam vitam arbitretur in iis que contemnenda esse docuit Filius Dei? Idem.

Multo mirabilis est non inherere istis, quamvis possideas, quam omnino ea non possidere. Idem, l. de Moribus Ecclesiasticis. c. 23.

Amisit ille (Job) omnes divitiis, & factus repente pauperissimus tam inconsummum animum tenuit, & innoxium Deo, ut satis demonstraret non illas sibi fuisse magnas, sed se illis, sibi autem Deum. Idem, c. 16.

Vir temperans in ejusmodi rebus statuentibus, nihil sibi appetendum putat; sed ad vitam hujus atque officiorum necessitatem quantum satis est usurpet, utentis modestia, non amantis affectu. Ibid. c. 22.

Sic utaris hoc mundo tamquam non utens, ut ex bonis ejus bona facias, non malus fias. Idem, Epistolam. 70.

Ne ista pueritiam mala, dantur & bonis; ne pueritiam magna, vel summa bona, dantur & malis. Idem, ibidem.

Sole divitiæ veræ fieri, quæ nos divites virtutibus efficiunt; si ergo divites esse cupitis, veras divitiis amate. Gregorius, Hom. 15. in Evang.

Facile est homini tunc divitiis dispicere cum habet; difficile vero cum non habet, viles estimare. Idem, l. 11. Moral.

Nequaquam Dominus divitiis, sed fallaces divitiis appellat; fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt; fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellunt. Idem, Hom. 15. in Evang.

Habent hoc potentes & iniqui proprium, ut fallaces divitiis occupati veras Dei operes negligant, & quanto minus quod verum est inquirent, tanto amplius falsis divitiis extolluntur. Idem, 12. Moral. in Job.

Discant divites non in facultatibus crimen habere, sed in iis qui uti nesciunt; nam divitiæ ut impedienda sunt improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutum. Ambrosius, in Luc.

Omnis dives aut iniquus, aut iniqui hæres. Hieronymus, Epistolam ad Heliod.

Qui male utitur divitiis, miserabilis est, ut ille qui sponte se vulneraverit eo gladio, quem ad vindictam hostium sumpsit. Greg. Nazianz.

Divitiis non obsunt operes si bene utatur, nec pauperem egestas commendabiliorem facit. Hieron. Epistolam ad Salvin.

Auro victos in ergastulis habens (quidam Barba-ri) & divitiis malos operant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Tertull. lib. de habitu mulier.

Ad subsidium vite, non ad malorum incitamentum operi data sunt; pecunia animæ redemptio, non exitus occasio. S. Basilus.

Divitiæ maxime sunt non egere divitiis, Chryso- stomus, in quadam Homil.

Hi sunt omnibus abundantiores, qui divitiarum contempserunt cupiditatem. Idem, Homil. 22. ad populum Antioch.

Si tu mundana contempseris, toto eris dignior mundo, juxta illos Sanctos, quibus dignus non erat mundus. Ut itaque cæcis dignus efficiaris, præsentia derideas. Ibidem.

Aurum, & argentum, & cætera ejusmodi, quantum ad animi bonum spectant, nec bona sunt nec mala; usus tamen horum bonus, abusus mala; sollicitudo peior, questus turpior. Bernard. Serm. 4. in Cant.

Quid vobis cum terrenis divitiis, quæ nec veræ, nec vestræ sunt? Idem, ibid.

Si sapiis, si cor habes, si secum est lumen oculorum tuorum, define ca sequi, quæ & assequi miserum est. Idem, Epistolam. 103.

Beatus qui post illa non abiit, quæ possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant. Idem.

Nihil clausum constat, quod auro argenteo non pateat; nihil occultum, quod pecunia indagante non sit cognitum. Valer. Epistolam in quodam Serm.

Si vis vacare animo, aut pauper fieri oportet, aut pauperi similis. Seneca Epistolam. 7.

Deus divites prædamat. Tertull. l. de Penitentia, Solum convenit Deo dicere, hoc meum est. Philo Jud. l. 2. alleg.

Eugentia sunt divitiæ, quæ quod habent, sine labore non querant, sine difficultate non inveniant, sine cura non servant, sine noxia desolatione non possident, sine dolore non perdunt. S. Prosper, l. 1. de vita contempti.

Nemo dives est, qui quod habet secum hinc auferre non potest; quod enim hic relinquatur, non nostrum, sed alienum est. Ambrosius, Epistolam. 10. ad Simplic.

Dives es, sed fortune male creditur; & magno vitio brevis iter non instruitur, sed oneratur. Minutius Felix.

Divitiarum ardor instabilis longe amplius desiderio torquet, quam usu suo refrigerat. Bernard. in sententiis.

Non ante satiatur cor hominis auro, quam corpus auro. Idem, ibidem.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie ad hoc argumentum afferri possit.

Bona, quæ vulgo divitiæ, fortunæque bona dicuntur, omnia sunt exteriora bona, quæ possidentur, a Deo pro hujus vite usu collata. Duplex eorum genus distinguitur, quorum alia mobilia, immobilia alia vocantur. Hæc sunt agri, prædia, domus, reddituque; illa vero pecuniæ, lapides pretiosi, pecora, suppellex, aliaque id genus. Horum bonorum discernimus, atque ratio ad Jurisprudentiam potius, quam ad Suggestum, atque Prædicationem pertinet; ubi illorum tantummodo usus spectatur.

Sanctus Thomas prima secundæ quæstione secunda articulo primo docet fieri non posse, ut divitiarum possessio hominem beatum faciat; Rationes vero, quæ ab ipso, aliique Theologis simul afferuntur, ad duas potissimum referuntur. Prima est, beatitudinem nostram positam esse debere in aliqua re; quæ sit in nobis, quæ nos perfectionibus efficiat, summumque bonum nostrum constituat, quod externa bona profecto nequeunt efficere. Altera est, bona ejusmodi non esse per se inquirenda, sed solum quatenus alteri cupiamus rei uti illa; cum e contra extremus finis noster, qui simul esse debet summa nostra felicitas esse semet ipse desiderabilis. Hinc nullo negotio potest intelligi Fidelium cæcitas, qui, quin ad summum adsipent bonum, laboribus, curisque conficiuntur terræ bona adepturi, quæ cor humanum replere non possunt, & quæ alioquin adeo fluxa, atque mobilia sunt, ut singulis momentis possint amitti, præterquam quod qui præ cæteris hujusmodi bonis dissiunt magis torquentur vel cupiditate ea, quæ non habent, possidendi; vel metu ea, quæ habent, amittendi.

Divitiis affluere culpa non est, neque essentialia est salutis obstaculum; quod olim asserere voluerunt discipuli quidam heresiarchæ Pelagii, a S. Augustino in 89. ad Hilarium Epistolam consutari: & quamvis

Quid sine operis fortunæque bona.

Operis fortunæque bona.

vis Evangelicus Divites reprobatum fuerit, inferni- que flammis additus, non ideo damnatum fuisse, credendum est, quod fuerit dives, sed quod opibus suis fuerit abusus in commensationibus, & conviviis, in inanibus, noxiis sumptibus, & quod Lazaro egerenti, atque præ ælium suarum foribus fame intereanti, offam, opemque tribuere negaverit. Verum enim vero si hæreticus est terrenorum bonorum possessionem damnare, & error credere inter opes Christiano viro dignam vitam agi non posse; verum, & de fide est neminem salutem suam posse operari, quin cor suum ex fluxis, periculisque avelat divitiis, siye possideantur, siye secus; & in hoc eam considerare renuntiationem, quam nobis Evangelium indicit.

Agitur opes in se male non sunt; immo sunt bonæ, dummodo sine iniquitate congerentur, sine affectione possideantur, ac in egerentium solatium erogentur. Hinc non dicitur in Evangelio; non potestis servire Deo, & affluere divitiis; sed Deo, & divitiis servire non potestis; quæ verba divitiarum servitute, non possessionem damnant. At raro conditiones hæc simul inveniantur, ita ut Dei Filius alicuius facilius esse, ut camelus per foramen acus transiatur, quam ut dives Regnum Cælorum ingrediatur.

Sciendum est, quid hæc in re explicite præcipiatur, & quid simpliciter sit consili in Evangelio; quid sit de necessitate salutis, quid vero fideat Deus, ut ad Cœlum via tuior, breviorque fiat; atque diligentissime cavendum est, ne alterum cum altero confundatur, nisi velis in errorem impingere, vel in periculofam exaggerationem erumpere. Omnia relinquere, agros, domos, prædia; omniaque venundare bona, ut inde congestas pecunias in pauperes eroges, ut sequaris JESUM CHRISTUM, easque paupertatem imites; hæc quidem perfectissima via est, sed consilii finis non excedit. Sed ea omnia, quæ possides, in hoc renunciant sensu, ut cor tuum opibus, terrenisque rebus nequaquam inhereat; hoc per Evangelicam legem quilibet fidelis necessario præstare tenetur.

Sanctus Augustinus libro primo de doctrina Christiana cap. 3. & 4. docet non deesse quendam, quibus fruendum est, quædam vero, quibus utendum, & quædam quæ utantur simul, atque fruuntur. Ea, quibus fruendum est, nos beatos, elicere; ea, quibus utendum, inservire ut ad beatitudinem perveniamus; & nos qui alius quidem fruimus, & alius utimur, inter utrumque ita esse, ut si frui velimus iis, quibus uti tantum debemus, nunquam assuetum hinc earum rerum perfruitionem, in qua vera beatitudo consistit: Si eis, quibus fruendum est, uti voluerimus, impeditur curbus noster, & aliquando etiam desolatus ab iis rebus, quibus fruendum est. Deinde duo hæc verba definit; frui, & uti. Frui, est aliquid amare propter ipsum; uti vero est referre id, quod utimur, ad id, quod amamus, obtinendum. Hinc amor amos, vel fruendo est, vel usus: namque vel quod amas, propter ipsum amas, & fruendo est, vel propter aliud amas, & usus est; præsertim vero si id, propter quod illud amas, hoc meretur, alioquin abusus potius est, quam legitimus usus. Nam usus illicitus, abusus potius, vel abusus nominandus est. Hæc est S. Augustini Doctrina; ex qua cum eodem intellegendum est, Deum unum esse debere votorum nostrorum obiectum. Alia quæcumque bona creata, quæcumque generis illa sint, propter utum nostrum facta sunt, & illis si frui volumus, cum uti debeamus, invertimus ordinem a Deo constitutum in Mundo; nam ut alibi sanctus idem Augustinus ait, omnis ordinis inversio inter homines, quam proprio vocabulo vitium nuncupamus, in hoc sita est, quod iis uti volumus, quibus fruendum, iisque frui, quibus tantum utendum est. Quædammodum e contra bonus ordo, quem virtutem dicimus, in eo positus est, ut frui velimus, quibus fruendum, & illis uti, quibus est dumtaxat utendum.

Divitiæ nullam in se habent bonitatem; sed omnium earum bonitas in eo consistit, quod bonis aliis sunt utiles. At quod mere utile est, amandum non est; nisi quantum refertur ad bonum illud, ut utile est. Hujusmodi sunt divitiæ, quæ bona sunt mere utilia, ex Sapientium omnium sententia; sunt enim instrumenta ad familias, resque publicas servandas utilia. Ita illas definit Aristoteles primo Politicorum: Divitiæ nihil aliud sunt, quam multitudo instrumentorum æconomicorum, & politicorum; unde æquissimas deponit illationes, ac memorat varios abusus, qui in opum perquisitione passim occurrunt.

Origo malorum omnium, quæ eorum plerique patrant, qui ingentes possident divitiis, at est, quod illis ob alios, qua non quos debentur, fines utantur. Illis quidem tamquam in mediis, & instrumentis utuntur, non salutis suæ, sed interitus; hoc est non fruuntur, sed abutantur illis. Qui autem hic vellet eos omnes enumerare abusus divitiarum, omnia profecto huic scelera essent singillatim recensenda.

Quantumvis opes per se neque bonæ sint, neque malæ, & virtuti æque ac vitio valeant inservire, pro ut divites illis utantur; fatendum est tamen, ex quo peccatum in mundum inventum est, & non exiguo esse ad sanctitatem acquirenda obstaculo, easque sæpius in sequiorem partem infusum, eo quod illis homines abutantur. Quamobrem Sanctus Paulus ait eos, qui discessere capiunt, in tentationem, & in laqueum diaboli incidere, atque plura in foveas desideria inutilia, & perniciosa, quæ mortales in malorum omnium abyssum de- trahunt.

Querit fortasse aliquis, cur in Scripturis divitiæ dicantur injuste, vel thesaurus iniquitatis: Memento iniquitatis. Sancti Patres plures asserunt causas, quæ vel plerumque sunt fructus iniquitatis; quapropter Sanctus Hieronymus ait divitem aut injustum esse, aut heredem iniqui; vel qui possidet illas, eas quodammodo injuste retinet, cum sibi ea reservat bona, quæ in fratrum usum sunt impendenda; vel mortales illis in sceleribus, & iniquitatibus abutantur.

Quoddam iniquitatis genus est ea enim vindicare bona, quæ possidemus; tandem enim quidquid habemus ita nostrum est, ut eo uti, ac illud erogare debeamus secundum voluntatem Dei, & quo illud accepimus, & qui ex nobis rationem repetet, tamquam heres ex villico quem bonis suis præderat ad ministrandis præcicit: Redde rationem villationis tuæ. Luc. 16. Omnia hujus mundi bona, quæ nobis tradit Deus, quantumvis per fas, ac ius illorum acquisitionem fuerimus consecuti, ad ipsum pleno jure pertinent ita ut præcipere possit, quid nobis sit faciendum de illis, & sane præcipit, ut nobis amicos quamplurimos devincamus, pro divitiarum affluentia latis amplas elemosynas erogando: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Inde opum amor a novum omnium periculofissimus est, quod hoc bonorum genus ad ceterorum bonorum, quæ in mundo plerumque sunt, acquisitionem perducit, & quod cum ætate adolefcit, cum alii faveant, atque infumuntur. Affectus autem adeo vehemens in bonorum perquisitione æquitas modum fere nunquam ratur; & ita videmus eorumdem bonorum usu fere nunquam culpa vacare. Iniquitas ex S. Bernardi sententia, plerumque ex rerum affluentia proficitur; quæ cum etiam parcius infumuntur, nunquid sæpe nocentes eos non facit, a quibus summa cura fervantur?

Ut hujus terræ bona cum virtute possideamus, non sufficit solum ea sine illa affectione possidere; alix ulterius requiruntur conditiones, ut secundum Christianismi spiritum possideantur: 1. ut eam curam illorum geramus, quæ requiritur ad familiam alendam, ut secundum leges illa reservemus iis qui post nos jure iidem sunt perfruturi. 2. ut sancte illis utamur, in elemosynas, aliaque bona opera erogantes. 3. ut eorum facturam, & fortunæ adversitates æquo seramus animo. Verbo, ut cordis anorem ab illis divellamus, quin rationabilem illorum curam abiciamus; & ut eorum gerentes curam, nec festinanter congerere, neque solcite illa servare aditamus. In hoc lex Christiana cum infinita Sapientia conjuncta est; novit enim æternam privatorum, quos Deus opibus ornat, procurare salutem, quia illam asserat rerum publicarum ordini, ac bono iustarum.

Nihil sublimiorem magnanimitatis, & generositatis, quod Christianismus inspirat, adfruit ideam, quam divitiarum, terrenorumque bonorum contemp- tus. Jejunia, preces, Sacramentorum frequentia boni, religiose hominis indicia sunt; sed hæc sunt actiones perfunctoriæ, & quas nonnumquam in utramque partem homines interpretantur; sed christi- anis opum contemptus, & vix ratio ab iis vacua cupiditatibus, quæ vulgo possessioni divitiarum adherent, lignum est vere, sincereque virtutis, animeque magnæ, cui de Religionis nostræ veritatibus alte perusalum est.

Ut veris imbuamur sensibus, quos de divitiis, terreeque bonis concipere debemus, considerandum est: 1. Nos viatores esse hospitales in hoc mundo, ideoque cum iter intra paucos dies nobis sit

Abusus divitiarum & quantum sit causa.

Cur opes in 8 blis injuste vo- ceantur.

Cur peri- culofissimus amor divitiarum.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

Cur peri- culofissimus amor omnium periculofissimus est.

absolvendum, paucis non indigere. 2. Nos sequeres esse duntaxat bonorum Dei, cui diligentissime ad novissimum quadrante rationem sumus reddituri. 3. Licet post plurimos exantilatos labores bonorum horum possessionem consequeremur, his humani cordis captum nequaquam repleri; & quin vota nostra expleantur, majora in nobis semper desideria excitari. 4. Has opes, ubi male parte fuerint, post se amarissimos conscientie stimulos, justique supplicii metum pertrahere. 5. Eorum possessionem seu iusta illa sit, seu iniusta, semper incertam esse, hæc enim bona fluxa sunt, & peritura. 6. Hæc bona nisi nos in hac vita reliquerint, post mortem certissime a nobis esse relinquenda.

Qui opibus abstrahitur, et quoniam imitantur suam Dei sed non in æternis & Asistent.

Divitiæ, nobilitas, honor bona sunt; sed bona, quæ necessario preterire debent; bona sunt, sed bona, quæ cum tempore disfluunt: bona sunt, sed bona, quibus a cœlestia comparanda bona duntaxat utendum est. At mortales ut plurimum horum bonorum naturam invertunt, ac destruant. Bona illa necessario preterire debent, nos vero illa possidemus, quasi nullum essent finem habitura: bona illa cum tempore disfluunt, nos vero tamquam æternitatis bona perpendimus; in eo omnem spem intendentes, ac pro illis omnia vota nuncupantes. Hæc denique media tantummodo sunt, sed a nobis tamquam extremis finis habentur; & quin illis utamur ad æternorum bonorum acquisitionem; illis unice inhæremus, ac in illis felicitatem nostram statuimus. Mirum ergo esse non debet, si bona hæc naturam ea inversione immutantes eodem temporis momento non sint amplius bona possidentibus illa, & mala fiant, quæ ipsos calamitosos efficiunt. Si hæc bona Creatoris iusto statuta mediocri qualitate continentur, beatos in terra nos facerent; sed quod homo huic non parat imperio, suam simul felicitatem everit.

Nemo unus inficitia ire potest curarum, ac sollicitudinum, quibus fœvissime torquemur, causam esse cupiditatem, habendi libidinem, ac damnabilem terræ bonorum amorem. Vitæ voluptates inquirimus, & summa divitiarum cupiditas, quæ flagramus, ut inquit Scriptura, vitæ nostræ tormentum est. Et profecto quam anxie querunt! Quam pavide servantur! Quam metus illas ad leve quoddam periculum amittendi! quamquam inextinguibilia esse argendi desideria! Qui dolores, quæ crucis, cum vel commentitias necessitates, vel superfluis sumptibus desunt? Quis inquit? quæ tristitia! cum in vitiis elabuntur, easque inopinatis aliquis casus auferit? Quis timor non in egestatem duntaxat, verum etiam in abiectionem decidendi? Quæ sollicitudo in futurum temus, cum tot undique circumferent inevitabilia in mundi commercio, atque inter tot adversa, quibus quotidie patent pericula!

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, superisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

Divitiarum amor in Fidei inexcusabilis.

Divitiarum amor in Judæis venia dignus erat, eas quippe Deus tamquam fidelitatis præmium propulerat; cumque illas in singula fere momenta in se polliceretur, aliquo in honore habendas esse, & diligendas videbatur innere; & illi quidem errasse mihi videntur, si credidissent mala, ea quæ sibi a Deo tamquam præmium virtutis proponebantur. Verum hæc fœdida cupiditas nullam inter Fideles hodierna die invenit excusationem. Divina Majestas loquendi rationem immutans iussit hominum desideria immutari; cumque videamus JESUM CHRISTUM toties in Evangelio damnantem divites, & contra illos anathema, & maledicta profertem; profecto nisi opes odisse tenerent, non exigua illas metuendi suppetit causa. Quod olim in lege veteri fuit stimulus, & virtutis illecebra, nunc factum est vitiorum omnium fons, & origo, quod in ordine Providentiæ inserviebat, ut homines in officio continerentur, & mox etiam salutem affererent; nunc vulgatissimum est instrumentum, quo ad eos corrumpendos, perendosque Dæmon utatur. Germanus Hubert Abbas de Cerys, lib. 3. de Vita Cardinalis de Berulle cap. 11.

Dicere audeo, divitiarum contemptum aliquid in se malus, purius, ac ab omni suspitione remotius, quam dignitatem habere; & licet vere honor bonum sit longe præstantius, quam bona fortuna, attamen, qui aurum, argentumque conte-

mnit majorem subire videtur iacturam, quam qui contemnit honores. Ut enim vera loquar, arduum sane est, suavissimum glorie thymianam nobis oblatum respicere, tunc etiam cum te ipsa illud respicimus; quicumque ab aliis honorari detrectat detrectans seipsum honorat; recipit aliquid glorie genus multo præstantius eo, quod dedignatur, & inaudito quidem miraculo, nihilominus vero, ubi alicui defertur honos, quo recipiatur, seu respiciatur, semper tamen recipitur. Hoc ipsum de divitiis dici nequit; qui respicit illas in pristina remanet paupertate; & nihil discriminis interest, seu illas omnino amittat, sive respiciat. Idem.

Cur difficile est, ut qui opibus disfluit, salutem consequi valeat? Quia animus divellendus ab iis quæ possidentur & contemnenda ea, quæ nobis conferunt dignitatem. Ex locupletibus hæditum parentibus, qui ingentium bonorum me heredem instruerunt; illis indigeo, ut iuxta generis mei dignitatem vivam, hæc exigit ut magnificis utar indumentis, ut mensa exquisitissimis instruat epulis, ut ædes pretiosissima luppellicibus ornatas inhabitem. In hoc te infelicem reor; difficile quippe mihi videtur, te ex animo hæc omnia abdicare posse, eorumque amorem exuere; quod nisi præsteris, salvas esse non poteris. Pater de la Colombiere in Christianis Considerationibus.

Quam infania est, Fidelem velle quocumque pretio opes sibi a Providentia negatas acquirere? si eas haberes opes, quæ cupis, non tutius tibi præberi consilium posset, quam illas abiciendi, ut tuæ salutis prospiceres; cur ergo illos per fas, & nefas aggerere studes? Si tuæ essent, eroganda pauperibus essent; cum vero male parte fuerint, in eam mentem impelli nequis, ut illas restituas. Si Providentia te illis cumulasset, tibi simul necessarias contulisset gratias, ut bene utereris; sed in eo statui, in quo propter nequitiam versaris, iure illa te tibi derelinquere potest. Cogitasse, si te Deus per divitiis salvam facere vellet, tibi legitimas nequaquam staturam fuisse vias, quibus illas consequeris? Oannes tibi obstruxit aditus; prævidit enim hæc bonorum genera tibi copulam, atque offendiculum futura. Idem in Considerationibus de bonis alienis.

Milites præcepit Deus, ut in ipso confidentiam omnem constitueremus; nequicquam, dixit nos rebus creatis inanti, quæ felicitas nostra nihil conferre possunt; hoc idem esse ac contactu calamo incumbere; cujus veritatis sexcenta præbuit exempla. Quid autem inquit mortalis ille, qui quicumque ratione opes congerere studeat; vel qui ingentia possidet bona? Nisi ait, se Divino non indigere auxilio, ut suam provehat fortunam, eoque etiam invito se illam provehatur; agit saltem, quasi non indigeret; sibi juxta libidinem suam opes comparate festinat; eum sibi vindicare studeat locum, in quo Deus illum minime vult, vel quem satis aperte salutem ejusdem minus utilem esse ostendit. Idem.

Nonne iusta divitiibus metuendi suppetit causa fuerunt ut, postquam in vita hæc tot opibus gavisi fuerint, in altera id sibi dicatur, quod Evangelico diviti; Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala? Luc. 16. Recordare quia, indueris purpura, & bysso, ille vero sicutus, centonibusque male tegebatur; Recordare, quia mentia tua exquisitissimis affluenter epulis instruebatur, ille vero præ foribus tuis fame, ac macie conciebat. Recordare hæc omnia. Sed nunconge aliter de te, ac illo Providentia disposuit? Opus fuit, illum resciri eo ea mala, quæ passus est; opus est, te torqueri post tot bona, quibus gavissus es: Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciatur. Job Prop. 4. Quadrages. Dominica.

Iusta, iniuste sit bonorum possessio, semper incerta est; hæc enim fluxa sunt, & peritura. Incertum, fidei defecto, intentata lis ea momento possunt eripere. Præterit hujus Mundi figura, quin prohiberi possit; & si hæc bona, donec vivimus, nos minime deserunt, ea morientes deseremus. Illud vero afflictionis cumulum addit, quod ignoramus, quis horum hæres bonorum futurus sit? numquid filii, qui obligantur illis, an ipsi etiam nobis, vel quod pejus est, Deo infensissimi inimici. Horum bonorum amor divini verbi suffocat semen, primas gratiæ scintillas extinguunt, & est radix omnium malorum. Quod si mundi hujus bona in nobis fœditos hocce affectus non gignant, illos producant in posteris nostris. Quot illi meliores

Cur difficile divites salventur.

Divites vulgo pauperum confidunt in Deo.

Hujus mundi bona superbia natura hujusmodi sunt.

extitissent, si parentes eorum minus fuissent locupletes? Ex Anonymo Auctore.

In ea, quæ pedibus calcamus, terra Creator aurum, argentum, lapidesque pretiosos conclusit, vultumque nostrum in Cœlum exulit, ut bincquidem mundum, omniaque bona illius contemneremus, inde vero thesaurum nostrum in Cœlis esse, & illuc cor nostrum esse convertendum cogitaremus. Inde vero nobis persuasum esse debet, bona hæc tantummodo ubi esse utilia, videlicet si de terra in Cœlum per egenorum manus transmittantur, & si per elemosinas, alique pietatis opera ad æternitatis gloriam comparandam impendantur.

Opes ut plurimum in malum convertuntur usum, quia in ordine naturali tantum, vel tamquam fortis effectus, vel tamquam naturæ munera confiderantur. Plerique illa esse reputant bona, quæ cæca fortuna de manu tradit in manum, & quæ incerto quodam, fatalive motu vel gradum sententia, vel dominum mutantia, aliis elabuntur, & ad alios transvolant, pro temporum ratione, & negotiorum occurru. Qui hæc sibi comparaverunt bona industria, curisque suis, putant illa a se empta fuisse laboribus ad eas acquiritas insumpsit; easque retinentes velut opes suarum, Dei beneficiis fruantur tamquam mercede operum suorum, ac fructu studiorum. Qui vero hereditario iure illa fructu consecuti, illi utuntur tamquam possessione, quæ cum esset aliena, tandem juris sui facta est; & quin cogitent Deum eorum fontem, auctoritatemque in patrum suorum prudentia subsistunt & se divites putant, quia genitri fuerint, vel hæredes scripti ab eo, qui opum affluentia fruebatur. Cæci sunt, inquit Dominus per Prophetam, qui non vident, quia ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi, & aurum, quæ fecerunt Baal. Osee 2. Mirum ne esse debet si falsis laborantes principibus, deficient in illationibus suis; si Dei dona minime intelligentes, illis secundum consilia Dei non utuntur; & si querere negligentes a quo tot bonis fuerint cumulati, non querant quomodo sit illis utendum? Flechtler sermone de Elemosinis.

Hoc, quod fide edocemur, supposito Deum viderelicet bonorum omnium auctorem esse; neque desesse secretam, ac spirituale benedictionem, quæ illa producit, atque multiplicat, paternamque, & invisibilem manum, quæ illa effundit, atque distribuit; inde inferendum est, ea ob aliquem finem erogari, & in aliquem usum distribui, & non nisi ingentem aliquam ob causam divitiibus concedi. Quam igitur hæc causa est, quæ hic finis? Vos ipsi judicate. Numquid ut humanis cupiditatibus, non ut humanitatis necessitatibus satisfiat? Numquid ut aliorum quidem ambitio, & avaritia satietur, aliorum vero humilitas, atque patientia torqueatur? Numquid ut luxur, atque intemperantia vestra materia præbeatur? Numquid ut bona vestra immo dicatis atque superfluis sumptibus, imprudentem effusione dissipatis? Numquid ut populi oculos perstringatis eorum divitiarum fulgore, quas fortasse illi eripatis? Haud ita sane; sed Dei divites efficientes ea fuit mens, ut homines liberales, & charitatis amantes efficeret & Idem.

Sacra Biblia fere nunquam de divitiis verba facit, nisi tamquam iustitia divinæ objectis. Si in ipsa origine insipientiar, fere semper corruptæ sunt. Quis nescit eas plerumque esse fructum iniquitatis eorum, a quibus congestæ fuerunt? Quis nescit summo cum labore, atque difficultate augeri, & tamquam sponte disfluere, cum in bonorum manibus versantur? Quis certo scire potest, illas ad se usque per licitas, iustasque vias pervenisse, atque per innocuas, integerrimasque manus semper ad se usque fuisse traductas? Quam metuendum est, ne divitiibus omnibus dici queat, quod xvo suo Isaias c. 13. aiebat: Rapina pauperis in domo sua. Idem.

Si divitiarum effectus sedulo scrutari velis, omnes succedunt affectus, in imis cordibus prava excitant studia, quæ ibi fopita quodammodo latebant, ac per eam, quam aperierunt, peccandi facilitatem, ingenium in seclus per se satis pronum provocant, & commovent. Si eorum usum spectes, quis non dissipat illas? Quis non effundit eas in vanitates, vel quis tamquam mancipia inutili possessione non retinet? Illæ fere semper sunt divinæ Legi oppositæ, ubi pauperibus non erogantur. Quantumvis dicas, non alicui sunt bona, immo neque alia cupio; iis utor, quæ mihi contulit Deus, iisque

Cur opibus abstrahitur.

prout mihi placitum fuerit, uti possum: ego vero ajo, non licere tibi illis ita uti; Deus enim non ob hanc finem ea tradidit tibi. Idem.

Non potestis servire Deo, & mammonæ, ait ipse Dei Filius in Evangelio. Deus profecto, atque divitiæ duo sunt domini, quorum nimis opposita sunt studia, quorum ingenia disident, quorum præcepta ita sibi met adversantur, ut unus homo utrique satis esse non possit. Opus est omnino, ut ubi alterum amas, alterum oderis, & ubi cultus, & obedientia præstatur alteri, alter contemnatur. Vult Deus, gentem sanctam, & populum acquisitionis sibi inservire; cupiditas vero secum in corda nostra malorum omnium radicem adfert, ut loquitur Apostolus; quia nullum est vitium, non solum quod non inspiret cupiditas, sed quod per illam non periretur. Auctor Sermonum Christianorum, sermone pro 14. post Pentecosten Dominica.

Habendi Cupiditas maximum est humanæ vitæ negotium, cum quo omnia fiunt, & sine quo nihil. Hoc intelligebat Dæmon, qui postquam irritò conatu, semel iterumque Dei Filium tentasset, tandem eo aciem convertit, ut hoc affectu illum, tamquam validissimo telo aggrediretur. Hæc omnia tibi dabo, inquit, Matth. 4. si adoraveris me. Quam potentes sunt hæc vocula? Omnia facere possunt, omnia corrumpere, humana, divinaque omnia. Nulla virtus est, nulla fides, nulla probitas, nulla verecundia, nulla iustitia, quæ diu eorum pondus valeant sustinere. Possunt illæ iniquissimum carcerem referre claustra, sceleribus impunitate mereri, Judices, & judicia corrumpere. Inaccessa pervadunt loca, atque multitudines penetrant arces, ut conditionem insipient. Nulla iniquitas est, quæ propter pecuniam non periretur. Avaritia secretissima Regum penetralia, & sæpe etiam corda pervadit. Omnia vincit, omnia perumpit, validissimos exercitus, durissimas rupes facilius ipso fulmine preterit. Idem.

Si liceret inquirere fontem divitiarum, quibus mundi hujus opulenti viri affluunt, inveniremus sane illos passim ex aliorum paupertate divites fuisse factos, ut verus quidam Auctor aiebat: Quot enim videremus, qui ex plurimis artibus, ex pauperum manipulis surreptis ditissimas cœllegere messes? Quot, quorum prosperitas ex sergulinio Job fuit collecta? Quot, quorum pretiosa suppellex, immensaque divitiæ ex direptis urbibus, & sudoribus egenorum, quibus vix offam, indusiumque relinquere? Idem.

Humanum cor terrenis inhærens bonis simul dominum querit, etenim iis servimus, quos diligimus; verum si experientia docemur hominem sine amore, vel domino esse non posse, docet nos Deus multo minus hominem duobus servire domini posse; & duobus videlicet, qui invicem sibi adversantur, & duo contraria præcipiant: Fieri quippe non potest ut media insistant via cor humanum inter duo postum objecta, quæ inter se sunt opposita; & statim ac alterutri adherere tenetur, necessum est, ut omnino alterum amet, alterum oderit; alterum amplectatur, alteramque contemnat. Ita Dei Filius non desistere vult necessitatem, quæ inter ipsum, & adversarium illius alterutrum eligere debemus, quot ut hoc clarius adhuc ostendat, addit: Non potestis servire Deo, & mammonæ. Matth. 6. Attamen pro certo affirmari potest, omnes homines in id unum intendere, ut duos hocce dominos simul conciliare admittantur, & modo huic, modo illi famulari latentur. Abbas de Monmorel in decimam quartam post Pentecosten Dominicam.

Rationalis anima, S. Augustinus ait, temporalis etiam felicitatis optimum potest usum facere, & immo facit, cum quin lege mancipet rebus creatis ita ut ipsum negligat Creatorem, hac ipsa felicitate utitur, ut serviat Deo, a cujus liberalitate illam, non secus ac reliqua omnia cognoscit. Verum itane terræ hujus possidemus bona, an potius dicere possimus aurum sæculi hujus divitum Dominum esse, atque tyrannum? Illis summa cum severitate impositum tributum extorquet, & ipsi huic tamquam vilissima mancipia obsequuntur. Hic divitiarum amor cor illorum possidet, ibique sese tamquam multitudinissima in arce tuetur; unde quotidie leges irrogat novas iniquitate, ac impotentia penissimas, quin eorum aliquis hincere audeat. Idem.

Scire quærimus, utrum possideamus opes, an possideamur ab illis, utrum serviamus Deo, an mammonæ? Sedulo nosmetipsos excutiamus, utrum eos foveamus sensus, quos olim Sanctus Job, videlicet

Deo, & divitiis servire nequimus.

Plerique per uelut distulcunt.

Temporali bona possunt in rebus usum coarctari.

utrum nullo fit nobis in discrimine divitiis disfluere, an indigere; vel potius utrum cupiditas fruenti bonis terra hujus, ac dolor iisdem carenti, eorumque amittendorum metus palam testentur nos opibus inservire, & mera esse earum mancipia. Hanc folliculidinem, & mentis anxietatem Dei Filius in nobis evertere studet, tamquam ex diametro oppositas tranquillitati, quam divinæ Providentiæ in nos cura nobis debet elargiri. Idem.

Nunquam bene is bonis utemur, quæ cupidinis optaverimus, vel quæ nimis cum amore possederimus; & hoc maxime prodesse deberet, ut cor nostrum inde avelleremus, propter ea quod summa cum difficultate illis cum laude uti possumus, ac eorum Domino rationem sumus reddituri. Perrarum enim est terrenas opes sine ulla affectione possidere, illis sine crimine uti, mediocritatem servare, ubi in affluentiæ veriamur, iis acquiescere, quæ necessaria sunt, cum suppetunt superflua; ut verbo me expediam, in id incumbere, ut quotidie aliquid de ciborum, vestium, familiæ, ac suppellectilis sumptu imminuamus non quidem per avaritiam; hæc enim avaro ea etiam subtrahit, quæ sunt necessaria; sed per virtutem, ut pares simus elemosynis erogandis, a liisque bonis operibus perficiendis. Hæc tamen, o facili Divites, ea est conditio, qua Deus opes vobis largitus est; & huic ubi innotant oportet rationes, quas illi estis aliquando reddituri.

Nunquam prohibuit Deus, neque prohibebit unquam possessionem divitiarum, & si in Evangelio tot ejaculatorum in divites maledicta: *Vae vobis divitibus*; non ideo eos derelinquit; quia divites, sed damnat quod nimio ardore divitiis depereunt, & in illis suam felicitatem, suamque beatitudinem statuunt. Providentiæ, & divites & pauperes facit pro utrorumque salute; & hæc ratio propter quam volebat Deus, ut antique legis Sancti viri divitiarum copia fruerentur. Si enim eos pauperes effecisset, ethnici Providentiæ in ludibrium vertissent, atque dixissent Israelitarum Deum nullum ipsis conferre bonum, immo omnia illius beneficia in eo tantum versari, ut illos affligeret. Offendere volebat Deus infidelibus, se rerum omnium, & Creatorem, & Dominum esse, & se opes quidem conferre, ubi velit; sed ubi eas contulerit, hoc semper velle, ut ab earum affectu animi abhorreat. *Abbas de Breteville in libro, cui titulus, Essais de sermons, pro feria quinta post secundam Quadragesimam Dominicam.*

Licet divites opes legitime partas possideant, non sunt tamen earum domini, sed economi tantum, atque sequestres. Non statim eas Dominus in manu eorum pro ipsis tantum; illarum usum dumtaxat concedit ipsis; & nisi bene illud uti fuerint, districtissimi sunt ex illis rationes deposcet. Dives Evangelicus bona sua duabus in rebus dissipavit, in magnificis videlicet indumentis, atque conviviis. *Induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendide.* Luc. 16. Hæc saltem ex parte sunt ea, propter quæ xternis ignibus fuit addictus. Fateor equidem, ubi hanc damnationem intueor, me omnibus Mundi hanc damnationem timere; tandem enim quisquam est dives, qui preciosis induti vestibus, opiparique assidere mensis non diligit? Si legeremus in Evangelio divitem illum sua in turpibus, nefariisque scortationibus dissipasse bona; occurreret fortasse divites, quibus non admodum fuit metuendum esset, cum opes suas flagitiis, sceleribusque minime impenderint; illud vero terribile est, quod nullus fere inter seculi divites hodierna die inveniri possit, qui Evangelicum divitem non imitent. Omnes indumentorum, ut ille, luxum amant; omnes exquisitissimas, ut ille, convivorum delicias depereunt. Idem.

Duo sane inaudita Filius Dei oracula protulit, alterum quidem pro pauperibus: *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum Cælorum*: Matth. 5. alterum vero proflus oppositum, & propter quod debent contemnerere divites; videlicet facilius esse, ut per acus foramen traducatur camelus, quam dives Cælorum Regnum ingrediatur. Primum illud oraculum in pauperem gratiam prolatum nemini videtur mirum; quippe homini quidem favet, divinæ autem liberalitati maxime convenit. Sed nemo non miratur alterum contra divitias intentatum. Apostoli etiam, res quorum in hoc minime agere videbatur, obtinere, quemadmodum palam, magistro suo testati sunt. Plures afferuntur rationes, ut probetur vix fieri posse, ut Mundi divites salutem consequantur; ea vero potissima est, quod quemadmodum multa per fas, & nefas patrandæ sunt, ut congerantur opes, congestæque serven-

Divites licet per se quisque sanctus sunt.

Nunquam bene uti possumus is bonis, quæ nimis cura cupimus & possideamus.

tur; ita etiam dici potest, illas, ubi parte fuerint, causas esse aliorum vitiorum, quorum sunt etiam instrumenta, puta ambitionis, imparitatis, gulae &c. *Biroat 13. Adventus sermone.*

*Repleta est, & laias c. 2. ait, terra argento, & auro, & repleta est terra ejus idolis.* Nescio, utrum hujus temporis mali divites hoc verum esse confitebantur; scio equidem eos, qui Oies Propheta vivebant ævo, hoc fuisse confessos, populo Ephraim dicente: *Dives effectus sum, idolum inveni mihi.* Olee 12. Qui quocumque pretio ditescere volunt, qui ajunt, divitiis affluendum esse, & eos, qui opibus carent, nullo habendos in pretio qui sentiunt, omnia parere pecuniæ, aliaque id genus sexcenta: hi profecto Deum verum non nisi in speciem agnoscunt; & non nisi extrinsecus Christiani sunt; sed in corde suo divitiarum idolo aram consueverunt. Ibi eorum latet oraculum, tabernaculum, propitiatorium; ibi adolent thura, & in egestatibus suis ad nomen illud confugiunt. *P. Texier Sermone pro feria secunda post secundam Quadragesimam Dominicam.*

Quænam cæcitas est suam felicitatem in fluxa, fragilique fortuna statuere, ac sese quodammodo æternæ infelicitati subicere? Quid? bona corruptioni, furum aviditati, mortique necessitati subiecta præferendæ sunt bonis incorruptilibus, quæ nihil nobis auferre potest, & quæ mors ipsa immortalitati est sacra? Nonne experiri voluptatem omnem, quam præsentis vite opes afferunt, minus in earum possessione, quam in acquisitione consistere; eas spe possideri, quam possidentes illis fruuntur; & qui multis exerceant laboribus, ut illas indispiciantur, pro aliis potius, quam pro seipsis adlaborare. Si eas cupis, te ad illas torqueti, si minime cupis, tibi gravis esse? *P. Duceau libro de morali JESU CHRISTI.*

Terrenæ opes minima sunt omnium naturalium bonorum; & nemo fortasse nostrum est, qui omnium divitiarum iacturam subire malit, quam honoris, & vite. Omnis ergo Christi Fidelis paratus esse debet, ut potius rerum omnium, quas possidet, detrimentum patiat, quam Dei sui gratiam, & amicitiam amittat; qui quidem locupletissimus thesaurus est, qui in mundo possideri possit. Si bona querere, illa agere, ea retinere citra peccatum, & quin quodammodo vulnus inferat conscientia suæ, ac fidei, qui debetur Deo, minime licet; quos ambigit, utrum illa tibi sint abdicanda; vel si male parta fuerint, utrum sint, licet cum summo status sui, familiæ, vel dignitatis detrimento restituenda? *Auctor moralis Christianæ in Pater, l. 4. sc. 1. art. 3.*

Infiniti laboris esset enumerare singillatim pravos usus, in quos divites suas divitias convertunt; ad id enim opus esset omnium vitiorum enumerationem ordiri. Nonne abutuntur ad mulierum pudicitiam labefactandam, illi ad innocentiam opprimendam, hi ad inimicos persequendos, illi ad luxum nutriendum; gravissimi effunduntur sumptibus in magnificis vestimentis, splendidis conviviis, superbis ædibus, pretiosa suppellectile, ingenti servorum caterva? Nonne infamantur opes in dignitatibus, honoribusque persequendis, ut super cæteros evehantur, ac nostræ ambitioni satisfaciamus? Verbo, ut pro libidine vitam instituant, omnibusque solatiis, & vite hujus commodis perfruamur. Ut pauci omnia complectar, omnes hi finis ad duos potissimum rediguntur, quos nobismetipsi in opibus acquirendis proponimus, videlicet ut carni quidem satisfaciamus omnium voluptatum generibus, spiritui vero honoribus, quos aequaliter contendimus divitiarum ope, quæ quidem meritis, insignioribusque qualitibus satis superque supplet. Oculorum enim concupiscentia querit tantummodo explere carnis concupiscentiam, ambitionem facili, quæ est honorum concupiscentia. *P. Duceau. Sermone pro 8. post Pentecosten Dominica.*

Ne timeas, ubi videtur homines ditescere, eorumque domos gloria cumulari, Regius inquit Propheta; cum enim ad plures abierint, secum non auferunt bona sua, & gloria cum ipsis non descendit ad inferos. Donec vivebant, benedictionibus cumulati fuere, sed quod abusi sunt opibus, & gratis, quas Dominus ipsis contulerat, inglorii patrum suorum sedem ingredientur, atque in æternam lux illis non asilgebunt. *Ne stueris cum dives factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus ejus; quoniam cum interierit, non summet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* Psalm.

Quoniam in sensu divites sunt idola.

Dei servitio, non stræque suavi opes præferenda non sunt.

Opes omnibus infelicibus videlicet omnibus insulariuntur.

Opes hujus mundi non amittuntur, nisi quod cum dolore possidentur; S. Augustinus inquit, ut verbo me expediam, si in mundo ita voluntatibus adveserim, ea a nobis præstanda sunt, quæ docet Apostolus: 1. ad Cor. 7. Qui emunt, quam non utantur; præterit enim figura hujus mundi. Ita Abraham, quem tantopere amavit Deus, in mundo vixit, semper paratus solo vertendo, bonis relinquendis, vitæque suæ in discrimen ob-

Psalm. 48. Et sane divitis gaudium, pompa, & vanitas ejus fuit ipsi æternorum dolorum occasio; ut enim S. Ambrosius inquit, omnis illius gloria thesaurus, atque felicitas non aliud est quam somnium, & cum expersciscit moriturus, jam omnia sibi elapsa fuisse cognoscit. Qui eidem superstitibus suis, conari possunt, ut nomen illius æternitati commendent, possunt magnifico illi ponere monumentum, marmoreoque cippo exquisitum elogium inscribere, verum hæc omnia minime proderunt, ut sit in altera vita beator. *Auctor Sermonum Christianorum. Sermone de Sancti Stephani Liplanis.*

Divitiæ, quibus hominum perique adhærescunt, stultiles sunt liquoribus pinguibus, & crassis, qui ægre desolant, & nunquam ex vasibus, ubi continentur, ita perfecte effunduntur, ut pars aliqua semper sibi nequaquam remaneat. Cor illas adamas, illis omnino cedere non patitur; neque communibus egestatibus ita afficitur unquam, ut omnino opes suas velit abjicere, aliis opem daturus. Heu! Quomodo nam ab illis divelli vivens adhuc quæsit, quas substantiam suam nominat, & a quibus non nisi summa cum cordis amaritudine in ipsa morte divellitur, postquam quidquid studiosus congestit, illi profuturum non est? *Idem Sermone pro S. Carolo Borromeo.*

Non juberis omnino mundum, & quæ sunt in Mundo relinquere, sed ea non amare juberis. Non prohiberis ea servare bona, quæ tibi affluunt, sed in illis amorem tuum consistere prohiberis. Immo neque interdicitur tibi rerum creaturarum amor, inquit S. Augustinus, sed illas tamquam ultimum finem amare, & in illis tantum in summa felicitate tua acquiescere, interdicitur. Non vetatur usus, sed abusus; donec illis moderate usus fueris, te adducet ad Deum, ac temperantia tua palam offendit illas pro te factas, non te factum pro illis. *Idem sermone 6. de SS. Sacramento.*

Si necum repeto, quomodo passim mortales divitiis utantur, illa quidem ad effectus omnes succedendos interveniunt, & optime Vetus ille nescio quis asserere non dubitavit, illas universalem affectum esse, appetitum dominantem igne armatum; opes enim repta universalis est malorum omnium causa, & affectuum omnium fomes. Si ambitiosus honores affectat, illos per divitias consequitur: si impudicus libidinem explere suam cupit, per divitias votorum summam obtinet; si nocens judicium suorum probitatem corrumpere velit, id per divitias assequitur. Pecunia affectus est exterorum ignibus succensus: *Pecunia obediunt omnia.* Idem.

Opes eos humiliare debent, a quibus possidentur, & sanctificare eos, qui ipsis fruuntur; per se in neutram inclinantes partem, nostrum est, eas sanctas efficere; id quippe ex eorum usu pendet, & ex his rebus, quibus applicatur. Si illis abusi sunt Israelitæ, ut in deserto conflarent idolum, illis quoque usi sunt, ut Tabernaculum exornarent. Fateor equidem lubricum esse, facilius vulgo ab his quæ licent, ad ea quæ minime licent, gradum facimus; quam ab illis, quæ nullo sunt in discrimine, ad ea quæ laude tibi digna; Melius est iis nosmet expedire, quæ nos morari possent, non ut inertem vitam ducamus, sed ut Deo liberius serviamus; vel si eas retinemus, easdem in illis servitium impendere qui illas nobis large, effusaque donavit. *Auctor Christianarum Actionum Panegyrico S. Francisçi Assisiani.*

Bonis hujus mundi utendum est, quin illis animus vel tantillum adhaereat ita ut iis relinquendis præsto simus, ubi Deo nos ab iisdem avelli placuerit, & variis casus, qui nos iisdem viduare possunt, nequaquam nos ita afficiant, ut in murmur aliquo, & querimoniam erumpamus. Cum enim cum quærela, ac merore, ea relinquimus, quæ possidemus, hoc palam ostendit, illa a nobis amari, neque eam servari mensuram, quam Deus in bonorum possessione præscripsit: *Cum dolore non amittitur, nisi quod cum dolore possidentur*; S. Augustinus inquit, ut verbo me expediam, si in mundo ita voluntatibus adveserim, ea a nobis præstanda sunt, quæ docet Apostolus: 1. ad Cor. 7. Qui emunt, quam non utantur; præterit enim figura hujus mundi. Ita Abraham, quem tantopere amavit Deus, in mundo vixit, semper paratus solo vertendo, bonis relinquendis, vitæque suæ in discrimen ob-

jectandæ, ut Dei voluntatem faceret; simulque ipsi comperta fuisset. Ita Job, homo ille qui de universalis Inferorum viribus victoriam reportavit, de summa bonorum omnium affluentia in miserissimum lapsus egestatem, & undequaque ingruentibus adversis petitus, quin quereretur, vel obturmuraret, ea tantum proferre verba confueverat: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum.* Hæc illustrata sunt pro illis exempla, qui mundi hujus possident bona; sed nos miseris! quin possidentes ad sanctitatem acquirendam illis utantur, iidem ut plurimum ad severissimam damnationem a Deo promerendam abutuntur. *Abbas Trappensis. Collatione pro 4. Adventus Dominica.*

Quamquam terrenæ divitiæ in sanctos usus possint impendi, neque necesse sit actu, & extrinsecus illas relinquere; tamen adeo rarum est, quod possidentes puris, rectisque intentionibus utantur, ut nemo falli possit, qui ea tamquam iniquitatis bona respexerit. Et sane secreta illis inhaerent improbitas, & quotidiana docemur experientia, nihil unquam intentatum relinquit, ut acquiramus illa, nullumque scelus esse, quod per ea, ubi parte fuerint, non perpetretur. Sed peculiari opus est gratia ut fluxa hæc, & peritura bona deseramus, voluntaria eorum abdicatione JESU CHRISTI amicitiam promerituri. *Idem. Collatione pro 8. post Pentecosten Dominica.*

Difficile sane est magnam virtutem in magna rerum inopia tueri; quod privilegium est quibusdam dumtaxat electis animabus concessum. Pauperes ut plurimum ita viciū comparando vacant, ut cogitant unde vivant, nihil temporis superflui, ut cogitent, quomodo bene vivant; & sapientia præcepta nullam ferme vim obtinent apud eos, quas misera premit egestas. Pater familias, qui domi suæ paupertatem, ac filiorum multitudinem videt, quibus prospiciendum est; qui a creditoribus urgetur, ut æs alienum dissolvat; qui in foro litibus, & animo curas inferentibus, & lucellum omnem exhaurentibus exagitur; qui videt labantem domum, quin ruinas reparare valeat; qui deficiente alterius cupiditiam fide, prope est, ut deficiat; qui ex prædoliis suis spe fraudatus messem recipere nequit; hic inquam paterfamilias in id unum intentus est, ut sese hac difficultate negotiorum expediat. Egestas nonnumquam scelestum mater est, nisi dei metus altius cordi fuerit impressus; cuiusque deficiunt bona, periculum instat, ne multa patreant mala. Quamobrem Salomon a Deo petebat nisi ingentem divitiarum copiam, saltem opes eas, quibus paupertatem posset avertere. *P. Cassinus l. 1. Aula Sanctæ.*

Considerate, divites mundi, quod debeatis Deo, & quænam vos urgeat necessitas sancte vitam traducendi, cum sanctiari instrumentum præ manibus habeatis. Ne putetis ultra divitias esse vestra salutis, æternæque beatitudinis impedimenta. Hoc enim malum non nisi ex cordis vestri corruptione, & pravo divitiarum usu proficisci potest. Si illis peccatam abusi fueritis, plumbeæ sunt, ac vos in certissimum interitum dabunt; sin autem bene utimini, vobis idem erunt, ac volucris alæ, penæque, quarum ope in Cælum usque possitis contendere. De divitiis idem est ac de Nilo flumine; mirabile prodigium fuit videre unam ex plagiis, quibus Deus Ægyptum percussit, aquas videlicet fluminis illius pro Ægyptiis in sanguinem esse conversas, cum interim pellucidæ essent, atque limpidae Israelitis, qui iisdem ad bibendum, ac in omnibus humanæ vite necessitatibus utebantur. Nonne hæc eorum figura est, quæ hodierna die in Fidei mundo videntur? Mali divites tamquam ex flumine pauperum sanguinem hauriunt impotentia, ac dolis suis; cum interim veri fideles in opibus, quas illis large contulit Deus, aquam puram inveniunt, quam largitibus suis, bonis operibus, atque elemosynis effundunt in publicum. *Idem.*

Ipse Dei Filius nos monuit, spinas exhibere hujus terre divites, qui fallacibus bonis occupati cœlestes gratias verbiq; Dei operationes impediunt. Inter divitias, & spinas perfectam deprehendere possumus similitudinem. Si spina steriles sunt, & non afferunt fructum, non ideo minus steriles sunt divitiæ, Sanctus Chrysostomus hom. 32. in Joan. inquit: *Spina steriles, & divitiæ.* Si spina pungunt, nonne & divitiæ acutissimos habent aculeos? Terræ hujus bona, eruditis quidam Interpretes ait, pungunt, & lancinant quem acquiruntur, cum possidentur, & cum amittuntur: *Cum acquiruntur pungunt per*

Mundi bona sine effectione possidentur.

Opibus in utriusque parte uti possumus.